APHORISMI

Alphabetico ordine dispositi

Pro vtroque foro,

Interno videlicet, & Externo,

Ex Doctorum Consilijs collecti,

AVCTORE

Admodum Reuer. Patre Magistro Fratre Aloysio Bariola Mediolanense, Ord. Eremit. S. Augustini, Matricis Ecclesię Pęnitentiario, Congregationum Sancti Officij, & Indicis Consultore, ac Librorum Imprimendorum pro Illustriss., ac Reuerendiss. D. D. Federico Card. Borrhomæo Archiepiscopo, Censore.

Opus Clericis, Religiosis, Sacerdotibus, Confessarijs, Prælatis, Iudicibus, Procuratoribus, & Aduocatis valde accommodatum.

Ad Illustrissimum Dominum

D. MARCVM ANTONIVM MONTIVM

In vniuersa Mediolanensi Ditione Senatorem Amplissimum.

CVM PRIVILEGIO.

MEDIOLANI,

Apud Her[illegible]es Pacifici Pontij, & Io. Baptistam Piccaleam, Im[illegible]ssores Archiepiscopales. M[illegible]CXXVIII.

Illuſtriſsimo Domino

D. MARCO ANTONIO MONTIO,

In Vniuerſa Mediolanenſi Ditione

SENATORI AMPLISSIMO.

Io. Baptiſta Piccalea. F.

PIACVLVM certe non miti coercendum virga fuiſſet, ſi quem animum in ſuperſtitem Aloyſium Bariolam indueram, exuiſſem in defunctum. Mors dolorem addidit, non minuit amorem. Olim ſuauiſſimum caput, & dulce meum decus amplexari, præſenti rem gratam fa-

cere poteram: nunc elucubrationes eius, quasi filiolas cari genitoris imagines, blanditer excipere, & quoquo modo possum educare non segniter debeo, vt in partubus suis perenniter viuat parens. Causas, & diuersi nomina generis, quibus sublatum Bariolam his obsequij leuibus notis constringebar agnoscere, satius duxi silentij velarijs inuoluere, quam recrudescente doloris accerbitate afferre in medium. Dulcius omninò est de te ipso, Senator Illustriss., pauca dicere, quippè qui tenacissimo amicitiæ glutino Bariolæ copulatus; atq; non tam antiquis Maiorum imaginibus, quàm proprijs dotibus conspicabilis, & feralem de sublato ex viuis memoriam soporare, si minimè totam extinguere possis; & eius partus in lucem emergentes humanitatis dextera præhensare, auctoritate fouere, ac à liuore (si quem Momus inuenerit) tutari; vt post parentem Bariolam, Te,

vni-

vnicum Tutorem agnoscant. Neq; verò ex innumeris huiusce Ciuitatis Proceribus, quibus ipse & charissimus erat, & iucundissimus, alius deligi poterat, cuius Tutelæ committerentur; nempè eorum Pater adhuc viuens Flores Directorij Inquisitorum, patrocinio Illustriss. ac Reuerendiss. D. D. Cæsaris Montij Fratris tui, tunc quidem Assessoris Sanctę Vniuersalis Inquisitionis in Vrbe, ac Sacræ Congregationis de propaganda fide Consultoris peritissimi, nunc verò ad Hispaniarum Regem Nuntij Apostolici extraordinarij commendauit; quare æquum erat, vt Aphorismi Amplitudini tuæ committerentur, vt scilicet germani fœtus germanis fratribus, ijsq; clarissimis, in tutelam traderentur. Sinus igitur pande, Senator Amplissime, comitatis; quod offertur opus ridenti excipe supercilio. Erit hæc gratissima cineribus, Manibusq; defuncti litatio; erit Orbi munus vtilissi-

† 3 mum,

mum, ipsis iucundum Cęlitibus. Gaudebit tuis in oculis posthuma hæc soboles, & tui nominis adminiculo suffulta gratias mihi non leues exhibebit, talem qui Patronum, ac Tutorem sapienter eidem, & excogitarim, & adscripserim: meq; ipsum cum Bariolę partu eadem amoris catena, si placuerit, constringe.

Bene-

BENEVOLO LECTORI
Typographus.

NON parum decoris, & ornamenti ex Eremitico D. Augustini coetu, & potissimum ex celeberrimo D. Marci Cœnobio Ecclesiæ Mediolanensi per singulas ætates accessit, tam vitæ Sanctimonia, quam doctrinæ claritate. Nec ignorauere quotquot antiquissimorum Historicorum studio magis veritatis, quàm solius eloquentiæ, præclara illustrium virorum gesta conscripsere: & alij quoq; Recentiores iam meditantes, concipienteſq; monumentum aliquod, quo Patrum Augustinensium memoria ab interitu vindicetur, nouerunt ex ordine Augustiniano Ecclesiasticos Patres Mediolanenses, Beatum Lanfrancum Septalium prima Generalatus gloria præfulgentem; Beatos Luchinum Arconatum, & Bonifacium; Petrum Mainanum Theologum, & Concionatorẽ egregium; Gabrielem Sfortiam de Attendulis Archiepiscopum Mediolanensem, Præsulem nulla re non maximum; Andream de Bilijs virum omnigena eruditio-

ne adeo clarum, vt & alter Cicero in Arte Oratoria, & ſecundus Ariſtoteles in Philoſophia, & D.P. Auguſtini pediſequus perfectus in Theologia nuncupari meruerit; Eximium Patrem, non quidem Leonem, Simonetam, aut Simonetum, ſed Simonem Camertem, qui (Ioannis Baptiſtæ Ignatij, Raphaelis Volaterrani, Ioſephi Pamphili, & Nicolai Cruſenij verbis vtor) ſanctitate conſpicuus, ingenio vehemens, dicendi maieſtate, ac orandi peritia inſignis, Franciſcum Sfortiam Mediolanenſium Ducem, & Venetos longo, difficiliq; bello inter ſe decertantes compoſuit, id quod neq; Pontificis Maximi authoritas, neq; Regum, Principumq; Italiæ preces aſſequi potuerant; Beatam Veronicam Nigronam de qua, dum adhuc inter mortales degeret, ob crebras, eaſq; diuturnas Angelorum, Sanctorum, quinimmò ipſius Chriſti viſitationes, merito dubitaſſes, an Cælicolarum, vel Terricolarum numero eſſet aſciſcenda; Beatam Chriſtinam Vicecomitem, quæ ob memoriam paſſionis Chriſti, diuino acta ſpiritu, clauo ſibi pedem perforauit; & quàmplures alios virtutum omnium amplitudine ſpectabiles, quos nemorum receſ-

ſus,

ſus, eremiq; abdita tegunt, Cælo aſcriptos, & cognitos; quoſq; parens Auguſtinus Eccleſiæ Mediolanenſi, qua ipſe genitus eſſet, genuit, Prothoparentis Ambroſij Nepotes. Nec ideo intercurrentis æui ſenium pio eius ſemini aluum concluſit, aut ſterilitatem induxit: nam poſt Zacharias, Alipios, Fabritios, Iacobos primi nominis viros, Magiſtrum Fratrem Aloyſium Bariolam, hominem non literis ſolùm, ac morum integritate, verum etiam rara prudentia, miròq; rerum vſu inſignem, tum theſauri Pænitentiæ in Aede Metropolitana ex primarijs diſpenſatorem fideliſſimum, tum Sacroſanctæ Inquiſitionis Conſultorem eruditiſſimum, edendiſq; libris inſpectorem delectum dedit: cuius ingenij facilitatem, promptitudinem, perſpicacitatem conteſtantur Flores Directorij Inquiſitorum, & Conſilia recens in lucem edita; vt omittam reſponſa priuata, quorum ſententiæ abſtruſa quæq;, ac difficillima credebantur. Iam vero prouectioris ætatis vir, experientia rerum, ſtudiorumq; aſſiduitate conſultior alta quædam, & egregia moliebatur, ſedulàmq; alijs ingenij fæcundioris partubus operam impendebat, quos grandiores, quàm

 ipſa

ipsa fortasse nascentis conditio exigeret editurus abegit; nam morte immatura parturientis, vel interiere, vel in fragmenta cecidere. Qualescunq; tamen sint, pia obstetricantis amici solertia collecti, & quantum fieri potuit in temporis angustia expoliti prodeunt in lucem, vel solo parentis nomine placituri. Accipe igitur (humanissime Lector) hæc sapientiæ monimenta, quæ è monumento tibi offert Bariola: non fœtent cum cadauere sequuto conditionem mortalitatis; sed cũ animo immortali suauitatis odorem spirant, quo mirum in modum recreaberis, si huiusce Operis lectione delectaberis. Vale.

MAR-

MARCO ANTONIO
MONTIO

Fiſci patrono, mox Senatori renunciato, oblatos honores gratulata Itala Muſa, bonarum literarum patrocinium commendat; quod dum incunctanter ſuſcipit, Dicatos eruditiſſimi Fratris Aloyſij Bariolæ Aphoriſmos benignè amplexatur, cuius illi beneficio cum ſuo auctore immortalitatem accipiunt.

IDILION

Auguſtini Terzagi S. T. D. Protonotarij Apoſtolici, Canonici S. Thomæ Mediolani.

IAM ſatis in vacuum lapides iactauerit orbem
Deucalion; iam ſurgentes poſt terga puellas
Senſerit, & viduas coniux impleuerit vrbes.
Iam ſatis auritis detraxerit Alpibus ornos
Orpheus, & cythara vocali ſaxa rotarit.
Iam ſatis ad ſcopulos indutus mille figuras
Oceano natus Neptuni in gurgite vates

Phocas;

Phocas, atq; genus pellexerit omne natantum.
Agmine stipatus nymphas remoratus agrestes
Abstrusum in viridi carmen proiuserit alga.
Iam satis Athlantis dorso consederit axis,
Mutaritq; vices Stellis ardentibus aptus.
Iam satis imperio, dulciq; cupidine captus
Saxa suburbanæ Liber lustrauerit ædis.
Per fora, per plenum sparguntur iura theatrum,
Inq; altis cultæ procumbunt Montibus vrbes.
Sic Deus instituit, montano culmine leges
Edidit, atq; nouo confudit ciuica regno. (curas,
Nunc repeto; Vrbanas deuexit MONTIA
Quas Athlantæo suscepit plurima dorso
Progenies, placidumq; assueuit legibus æuum.
Cui genus à proauis ingens, titulisq; superbum
Egregium claro deducit sanguine nomen.
Stematibus sed enim magnũ, debetur ab armis
Maius, præcellens cælum virtutibus æquat.
Inclyta honore domus, celebris prædiuite ga-
Cuius fastosam tentes si euoluere stirpem, (za;
Sese nobilitas æquari prima queratur;
Si dextræ laudes, facundæ aut munera linguæ,
Bellipotens, & Suada pares fateantur habere.
Hæc alius vates; nunc quos Romana creauit,
Spectandos titulis, ditio quos legit Ibera,
Exequerer, lapsos si musa recurreret annos.
Vrget fama recẽs, & nostri gloria cæli, (lauru,
PRINCIVALLIS enim præcinctus tẽpora
Dum causas agitat, dum regia iura tuetur,
Magniloquus patriã censendo tẽperat vrbem.
Procreat hic geminos natos Iunone secunda,
Quorũ si alterutrũ Tyberis, vel Sparta tulisset,
Legifer imperium Remi cum fratre Lycurgus
Firmassent, staretq; noua respublica mole.
Romanæ hic aulæ cuneata theatra secutus (cerna,
Ianthinea CÆSAR præcinctus membra la-
Imperia obsirmans iungit diademata vittis,

Principal-lius Montius Quæstor, & Senator Mediolani Pater Cæsaris, & Marci Antonij.

Cęsar Mõtius præsul Romanus, Nuntius Apostolicus ad Regẽ Hispaniarum.

Et

Et regnatrices tutando subrigit aras.
Quem iussa ad solium recolentem Romula regis
Italia maiestas stupuit Hispana loquentem.
ANTONI ante annos animum, curamq; virilem
Mente gerens, caeleste suo velocius aeuo
Ingenium, meritis titulos sortite seniles.
Dulce decus patriae, famosae gloria prolis,
In quo Coecropias artes, Latiasq; Minerua
Inseruit, longaeua Themis, Nemesisq; beatae
Sortis opes, sartas leges Astraea locauit,
Virtutumq; Deus melior compendia fecit.
Ticino iuuenis quondam spectate theatro
Nestorei torrens mellis, prudenter agendis
Exemplum rebus, naturae norma regendae.
Iam tum canities animi spondebat honores,
Quos daret exacto vixdum tibi patria lustro:
Texuit illi hederas praedoctae praemia frontis,
Inuitans pretijs animum, mercede laborem.
Fama sed Hispanas stridens libraia per auras.
Regales onerans aures merito aequa poposcit
Praemia; patronum fisci pro talibus ausis
Rex legit, ast Italis mox inseruisse Quirinis
Cum cuperet, trabeam dedit, & maiora spopondit.
Patria dum plaudit. grauidum vixisse Catonem
Sperat, & antiquum rebus rediisse nitorem.
Non te celabis sublimi pectore ciuem,
Sed cani reddetur honos tete auspice saecli,
Phabaeus Latiae ritus renouabis auenae.
Lauriger Aonijs referes miracla Camenis,
Quae placidae numeros dicent, & carmina pangent.
Longius (indignum aetati) ne abiecta percrret,
MARCE dabis profugae vires, animumq; Thaliae.
Hoc patrocinium submissa voce precatur
Corpus inane tui, ast animus rediuiuus amici.
Vouerat ille tibi studij monimenta, priusquam
Luctantem vitam, nexosq; resolueret artus
Ille tuus Tethydes Pelei BARIOLA voluptas;

Marcus Antonius Montius Ticini laureatus, fisci patronus, mox Senator.

Aemula

Frater Aloysius Bariola Augustinianus Magister, & Prior.

Æmula cui fuerat virtus, & gratia concors,
Vitaq; Cælicolis gratissima fouit Amorem.
Hic Augustini collegia casta secutus,
Syrmata cum furuo mutasset picta cucullo,
Palladis intentus studijs, imitator honesti,
Impauidus noxa, sed cultor numinis insons,
Pulpita, & exedras facundo dogmate pauit,
Et circumfusas remoratus nectare turbas
Laurum promeruit, nomen, laudemq; magistri,
Et si quis titulus claustris præstantior esset.

Consultor Sancti Officij.

Romuleam fulcire fidem, firmare labantes
Consilijs, placitisq; animos dum fortè laborat,
Iustus, propositiq; tenax, lenisq;, grauisq;
Deterret culpas, commissa piacula pœnis
Diluit, & votis sacri trahit ora Senatus.

Librorum censor pro Illustris. Archiepisc.

Quin emendatis scateat ne pagina dictis,
Purgabat cultas addens Bariola lituras
Innocuus censor, suppar cui norma potestas.

Pænitentiarius Metropolitanæ Mediolanensis.

Arbiter electus culpis mærore luendis
Dum se accusantē, & patrata piacla fatentem
Exciperet, lachrymis immutans ora subortis
Orauit veniam, Ditemq; in fræna subegit.
Hoc annos meret æternos, hoc mortis adempta est
Conditio, inuita monimentum morte superstes
Viuet, & effugiet cariosi obliuia fati.
Tu famam, nomen dabis indelebile chartis.
Quippè perennabunt pleno patronus, & auctor,
Si quid habent veri vatis præsagia, sæclo.

In

In Aphorismos

Amicissimi Collegæ.

PAVLVS GHEZZIVS

Mediolanensis, ex Pænitentiarijs Metropolitanæ.

Secula sperabis Bariolæ posthuma proles,
Qualis auis solis de cinere orta suo;
Scilicet attentas impellis gratior aures
Numine suadelæ, numine plena Themis,
Quæ fuit Augusti virtus antiqua Cuculli,
Quando Academijs mystica scita dabat:
Spirat adhuc Fidei te sospite pugna, nec arctis
Colla superstitio soluet obesa iugis;
Spirat adhuc Morum te sospite norma, nec aureis
Liuor Aphorismi detrahet archetypis.

IN

IN LAVDEM LIBRI
Epigramma.

A. P.

DOCTE liber potes in lucem securior ire,
Nulla tibi rigidi norma timenda viri,
Qua solitus censere libros, & turpia, docta
Castigare manu, scripserat auctor opus.
Aut erit edendis prototypus ergo libellis;
Aut erit aetherea regula certa via.

LIBER AD LECTORES
Epigramma.

NON *hic Aonij fontes, non fabula vatum*
Ludit, & eloquio Dædala lingua tonat:
Non ordo vitrei describitur aureus orbis,
Nec breuis astrorum pagina signat iter:
Non causæ rerum, peniti miracula mundi,
Nec terit historia tempus inane leui.
Scriptorum figmenta effingat inania vulgus,
Claudimus in paruo iura, Deumq; sinu.
Viuimus immortale notis spirantibus æuum:
Nascitur in Domini funere vita mei.
Viuitur alternis; chartis morientibus auctor
Viuet, & hoc viuit depereunte liber.

POSTHVMVS P. BARIOLÆ AD AVCTOREM

Epigramma.

TV Pater emoreris, soboles ego posthuma nascor:
Auctor obis. fabro funere prodor opus.
O totas operosa dies, ò Dædala rerum
Vita viri! Qui vel fertile funus habet.
Nos bene vitales. Alterno viuimus vsu
Lucis, & in natum vita paterna meat.
Sic Auis in flammæ feretro recidiua, pererrat
Quos sibi fatales struxit, amica, rogos;
Seq; parit toties, quoties sibi victima flagrat,
Et se se æternam mortua sæpe facit:
Ipsa sui genitrix, sui & ipsa repullulat hæres:
Mortis imago vigens, vita propago necis.
Sed satis. Auctori liber exeo Posthumus. Audi
Quid valeam;, Auctoris vita fuit pretium.

IN LAVDEM Reuer. Patris Aloysij Bariolæ. Epigramma.

INGEME, fatalesq; emittant pectora questus,
Postulat hæc mæstos lux inimica modos.
Occubuit duro Iurisprudentia fato:
Non ita qui musas excolat, alter erit.
Nostra suis viuens ornauit sæcula scriptis,
Illi nunc breuibus scribitur vrna notis.
Hæc tamen in tanto spes est non infima luctu;
Quod nequit in scriptis amplius ille mori.

AD

AD LIBRVM

Ode

SEcura prodi, non minor inclyto
Parente proles, innumerabiles
Visura plausus, linque noctem,
Degeneres, age, linque & vmbras.
Non tu latebris digna Acheronticis,
Nec digna cæco carcere comprimi,
Infesta quamuis gloriosum
Sustulerit tibi mors parentem.
Non te Clientem spernat, Apollinis
Gens arte diues, non Agannipides
Damnent sorores, nec sagacis
Quisquis amat genium Mineruæ.
Non te seueris litigiosior
Condemnet vnquam Persius ignibus,
Nec te maligno Vellicator
Discutiat Iuuenalis vngue.
Per longa adibis lustra, habitabiles
Quà Phœbus agros reddit, ab omnibus
Accita terris; ingemiscent
Sub vario tua terga prælo.

Magi-

Magister Fr. Hieronymus Romanus Ord. Er. S. Augustini Prior Gener. licet Ind.

Reuer. Patri Magistro Fr. Aloysio Bariolæ Mediolanensi eiusdem Ord. S.

CVM luculenter, & singulari studio, opus titulo, *Aphorismi pro vtroque foro, Interno videlicet, & Externo ex Doctorum consilijs collecti*, perfeceris; idq; Clericis, Religiosis, Confessarijs, Prælatis, & Iudicibus laicis perutile existimetur: ad bonum publicum, harum serie literarum, & nostri muneris auctoritate facultatem tibi facimus, qua, seruato DD. Superiorũ beneplacito, illud typis committere valeas. In quorum fidem &c. Dat. Romæ die 7. Ianuarij 1628.

Nostri officij affixo sigillo.

Fr. Hieron. Romanus Gener. Ind.

Imprimatur

Fr. Paulus Maria Ritius Commissarius Sancti Officij Mediolani.

Al. Bossius Can. Ord. Theol. pro Illustriss. Cardinali Archiep.

Visum pro Excell. Senatu.

Saccus &c.

APHORISMI
ALPHABETICO ORDINE DISPOSITI.
PRO VTROQVE FORO, INTERNO *videlicet*, ET EXTERNO,
EX DOCTORVM Consilijs collecti.

A

ABBATISSA non potest Moniales benedicere, prædicare, confessiones illarum audire, nec Euangelium solemniter legere. Cap. Noua quædam. de pœnitentijs, & remissionibus.

Abiuratio euitari potest per torturam illatam. Franciscus Pegna commentario 14. & 75. secundæ partis Directorij Inquisitorum, & commentario 40. tertiæ partis. Farinacius quæst. 185. num. 149.

Abiuratio de leui Regulari iniuncta, non inducit inhabilitatem ad suæ Religionis officia. Nauarrus cons. 5. de hæreticis. Riccius decis. 676.

Abiuratio Sacerdotibus indicta à quibus inhabilitet, & suspendat. Praxis Archiep. Neapolit. cap. 53.

Abiuratio de vehementi imponitur, quando delatus de prauitate hæretica non reperitur legitimè deprehensus confessione propria, vel facti euidentia, vel testium legitima productione; sed magna habentur contra illum indicia probata, & ex illis redditur vehementer suspectus de hæresi. Capit. Accusatus. de hæreticis in sexto. Ludouicus Paramus de origine Sancti Offitij quæst. 4. de expeditione processus num. 20. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 23. & 84.

Abiuratio suspecti violenter, tunc est imponenda, quando delatus nec facti euidentia, nec testium productione conuincitur; sed adsunt fortissima indicia, & violenta, quæ ipsum delatum reddunt meritò suspectum violenter de hæresi: vt verbi gratia, si vocatus ad respondendum de fide renuat contumaciter comparere, & ideò excommunicatur, tunc fit vehementer suspectus: si verò per annum sustineat excommunicationem animo pertinaci, fit suspectus violenter, & hæc est præsumptio Iuris, & de Iure, quæ cum ab apertis, & violentis indicijs proficiscatur, habetur pro manifesta veritate, contra quam non admittitur defensio, sed tamquam hæreticus est condemnandus. Capitulo Ijs, qui. de sponsalibus. & cap. Quanto. de præsumptionibus. & cap. Cum contumacia. de hæreticis in 6. & cap. Grauem. de pœnis.

Abiu-

Abiurare tenentur masculi anno 14. completo, fœminæ autem completo 12. de leui tamen, non autem de vehementi. Pegna comment. 40. tertiæ partis Directorij. Farinacius quæst. 194. num. 31. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 23. & 84.

Abiurare, exorcizare, & increpare in Dæmones competit Christianis omnibus Iure Diuino. Marci vlt. cap. In nomine meo Dęmonia eijcient. D. Thomas 4. sent. dist. 6. quæst. 2. art. 3. & 2. 2. quæst. 90. art. 2. quam sanè auctoritatem nullus Papa inferior potest tollere, immo forsan nec ipsi Ordinarij possunt illam restringere. Nauarrus cons. 5. de maioritate, & obedientia.

Abortum procurans, si fœtus est animatus, incurrit excommunicationem papalem Sixti Quinti, quæ tamen per moderatoriam Gregorij XIV. facta est Episcopalis tantum, & Confessarius habēs facultatem absoluendi à Censuris Ordinario reseruatis potest ab illa absoluere. Si verò fœtus non est animatus, incurritur tantum casus reseruatus in Mediolanensi Diœcesi, à quo poterunt absoluere Pęnitentiarij, & alij habentes facultatem casuum reseruatorum. Stephanus Quaranta in Summa Bullarij, verbo. Abortus.

Abortum consulens ei, quam dubitat esse pręgnantem, si non apparet de abortu, non est irregularis. Nauar. cons. 27. de homicidio. Aloysius Riccius decis. 718.

Absolutio generalis, quæ fit per Prælatos Religiosorum in diebus sacræ communionis, non est sacramentalis, nec aliquis absoluitur à culpa peccati, quæ per solam contritionem mediante confes-

ſione ſacramentali in voto, vel in re remittitur; ſed eſt quædam abſolutio deprecatiua, delegatiua, & auctoritatiua, per quam Apoſtolica auctoritate abſoluuntur plenariè pęnitentes à pœna in Purgatorio ſibi debita, quæ ſecundum æquitatem Diuinæ Iuſtitiæ reſtat adimplenda propter defectum ſufficientis contritionis, aut ſatisfactionis in hac vita: quæ facultas fuit confirmata per Clementem VIII. Prælati enim habent facultatem, & iuriſdictionem etiam in foro exteriori. Emanuel Rodriquez Quęſtionum Regularium tomo 1. quæſt. 20. artic. 26. Martinus Nauarrus de Pœnitentia diſt. 6. cap. 1. num. 11. Laurentius Peirinus in ſuo libro. Religioſus ſubditus, & Prælatus quæſt. 1. cap. 5. circa finem.

Abſolutio à Cenſuris dari poteſt extra Confeſſionem Sacramentalem, etiam per Confeſſarium inferiorem habentem facultatem. Rodriquez Quæſt. Regularium tomo 1. quæſt. 21. art. 7. Nauar. conſ. 15. de ſent. excom.

Abſolutio facta à Prælato, vel à Confeſſario ab eodem deputato, & facultatem ſuam abſoluendi, & diſpenſandi ignorante, valida eſt, quia validitas actus non pendet à poteſtatis notitia, ſed ab ipſa poteſtate. Rodriquez Quæſtionum Regularium tomo 1. quæſt. 20. art. 25.

Abſolutio ſacramentalis ex parte Confeſſarij efficax ſemper eſt, & certa, quia Sacramenta omnia ex ſe ſunt ſigna, & cauſa certiſſima gratiæ; licèt aliquando propter ſubiecti indiſpoſitionem vana ſint, & noxia ſuſcipienti, vt propter impedimentum pœnitentis, vel ob contritionem, cuius virtute fuit à culpa liberatus. Nauar. de pęnit. diſt. 6. c. 1. num. 16.

Ab-

Abſolutio contrito data habet hunc ſenſum, nimirum: Te abſoluo, ideſt abſolutionis Sacramentum tibi impendo: Sacramenta enim ſignificant ſuos effectus non abſolutè, ſed quantum eſt ex parte ſua. Diuus Thomas quolibeto 4. quæſt. 7. art. 10. Caietanus in opuſculis tomo 1. tractatu 18. quæſt. 5. Suarez tomo 4. de Pœnitentia diſput. 18. aſſertione 2. ſectionis 1. & diſputatione 19. ſect. 2. per totam. Megala inſtitutionum Confeſſariorum lib. 1. cap. 11. quæſt. 5.

Abſolutio data excommunicato Clerici notorio percuſſori, vel pro tali denunciato in foro conſcientiæ tantum, valet coram Deo, non autem quoad Eccleſiam; quamuis detur coram aliquibus videntibus, quia fit ſine ſtrepitu, non autem vt tollatur Ius tertij, ſed tantum vt anima vinculis excommunicationis abſoluta ſit coram Deo, & ita offenſus poteſt in iudicio petere ſuum intereſſe, ideſt damna: huiuſmodi verò abſolutio fieri poteſt extra Sacramentalem Confeſſionem etiam à non Sacerdotibus, & hac ratione abſolutus ita ſe debet habere, ac ſi in foro exteriori fuiſſet iniuſtè excommunicatus. Quod ſi celebrarit, de rigore iuris in foro exteriori iudicabitur irregularis: nihilominus ſecundum æquitatem ſi conſtet Iudici ipſum fuiſſe abſolutum in foro conſcientiæ, non debet tamquam irregularem ipſum tractare, nam Iudex Eccleſiaſticus in benigniorem partẽ inclinare debet, quãdo ex Cõfeſſoris ſchedula, & alijs coniecturis ſibi cõſtat, quod bona fide, & ſine culpa celebrarit. Rodriquez Quæſtionum Regularium tomo 1. quæſt. 61. artic. 6. & 10. Nauarrus in Manuali cap. 27. nu. 3. 38. & 43.

Absolutio à censuris dari non potest cum reincidentia à Delegato, nisi casus in Iure sit expressus, vel nisi id exprimatur in sua delegatione. Sayrus de Censuris lib. 2. cap. 16. num. 10. & cap. 17. nu. 15. 16. & cap. 18. num. 6. 10. 11. 13. 25. 26. Suarez de Censuris disp. 7. sect. 5. n. 35. & disp. 22. sect. 3. num. 11. Rodriquez in Summa cap. 84. Auila de Cens. parte 2. cap. 7. disp. 3. dub. 14.

Absolutio ab excommunicatione dari potest nullo præstito iuramento. Alij oppositum sentiunt. Riccius Praxis Aureæ resolut. 15.

Absolutio à casibus Bullæ Cœnæ potest dari venientibus ad habitum. Passarellus Ordinis Minimorum in notandis priuilegiorum cap. 12. & 13. oppositum verius censeo de iure.

Absolutio papalis reseruata vtputà de aliqua restitutione facienda, si dicatur, nisi eisdem satisfiat, à quibus extortæ fuerunt pecuniæ, vt Clementina 2. de hæreticis, potest à quolibet Sacerdote statim dari, postquam parti fuerit satisfactum; vel si longè distet Creditor, pecuniæ restituendæ facto deposito: potest etiam dari absolutio nulla facta restitutione, cum debitor est impotens ad restitutionem, dummodo cautionem præstet restituendi, si poterit. Sanchiez parte 1. in Decalogum lib. 2. cap. 20. num. 18. 19.

Absolutionem, & liberationem petens non fatetur delictum patrasse. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 29. num. 22. 23. Iacobus Menochius cons. 725. num. 8. Nauar. cons. 1. ne Clerici, vel Monachi, & consil. 13. de emptione, & venditione.

Absolutiones in foro conscientiæ conceduntur

in

in fauorem animæ, non vt censuræ Ecclesiasticæ eneruentur, & ita vim nō habent in foro exteriori. Azorius Instit. Moral. parte 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 13. & cap. 19. quæst. 6. 7. Comitolus Responsorū Moralium lib. 6. quæst. 6. Emmanuel Rodriquez in Summa cap. 83. conclusione 8. Auila de Censuris parte 2. cap. 7. disp. 3. dubitat. 12. Sayrus de censuris lib. 2. cap. 18. num. 11. & 21. & cap. 20. n. 31. vsque ad 36.

Absoluere sacramentaliter laicis numquam licet. Cap. à nobis & 2. de sententia excommun. Ibid. Canonistę, cum Theologis in margine. Rodriquez Quæst. Regul. tom. 2. quæst. 28. art. 2. Stephanus Quaranta in Summa Bullarij ver. Ordo prope finem. Graffius Decisionum Aurearum parte prima, lib. 1. cap. 13. num. 879.

Absoluere ab excommunicatione in forma Ecclesiæ consueta, & iniungendo, quæ de Iure iniungenda, quid operentur ista verba: & an requiratur peccatorum confessio, dum facultas dirigitur discreto viro &c. Vide Comitolum Responsorum Moralium lib. 6. quæst. 2.

Absoluere ab excommunicatione specialiter ab homine lata non potest nisi lator eius, successor, vel superior: nec id possunt, nisi cōsentiēte, vel satisfacta parte cum promissione procurandi quamprimum absolutionem à vero Iudice, aliàs reincidet in eādem excommunicationem. Nauar. cons. 6. de sent. excomm.

Absoluere non potest Confessarius periclitantes in naui, nisi confiteantur omnia peccata, vel saltem omnia mortifera, tunc occurrentia, neque pretextu audiendi alios periclitantes. Nauar. cōs. 10. de pęn. & remiss.

Absoluere non possunt à casibus reseruatis aduenas ij, qui Mediolani facultatem habent absoluendi à casibus reseruatis. Comitolus Responsorum Moralium libro 1. quæstio. 28. Bonacina de Censuris disp. 1. quæstione 3. puncto 2. num. 6. Floronus de casibus reseruatis parte 1. ca. 4. §. 24. Oppositum docent Rodriquez in Summa tomo 1. cap. 55. num. 5. Homobonus casuum reseruatorum cap. 2. Vide verbo Confessarius. Nauar. cons. 14. de pęnit. & remiss. Prax. Archiepis. Neapol. c. 67.

Absoluere potest Episcopus violatores immunitatis Ecclesiasticæ. Riccius praxis aureæ resolutione 333.

Absoluendo excommunicatum ob manum violentam in Clericum, semper datur iuramentum, vt in futurum abstineat à consimilibus delictis, excepto tamen casu eorum, qui viuunt in eadem Ecclesia, vel ad eandem mensam: hi enim conuiuendo facilius veniunt ad verba, mox ad facta, & ita peccarent nouo periurij peccato. Sayrus de Censuris lib. 2. cap. 18. num. 2. & 3.

Absoluendi potestatem pro se ipsis, Episcopi, & Regulares Prælati possunt delegare suo Confessario, in ijs casibus, in quibus illam possunt concedere pro alijs. Homobonus casuum reseruat. parte 1. cap. 2.

Absoluendi potestatem habens à casibus Bullæ Cœnæ, non potest absoluere ab hæresi. Azorius parte 1. Instit. Moral. lib. 8. cap. 10. quæst. 12. Emmanuel Sà Aphoris. Confess. verbo Hæresis num. vlt. Antonius Sanctarellus de hæresi cap. 5. Homobonus casuum reseruatorum parte 1. cap. 5. Vide verbo Episcopus non potest.

Absolui pœnitens potest nulla pœnitentia imposita, si tamen Confessarius illum videat maximam habere contritionem. Petrus Cenedus Collectaneo 9. ad Decretales.

Absolui potest Sacramentaliter ab omnibus peccatis, qui vnum, aut alterum peccatum confitetur, quamuis conetur omnia confiteri, sed non possit ob ignorantiam linguæ. Nauar. Man. cap. 21. nu. 36. & conf. 10. de pœnit. & remiss.

Absolui an debeat pœnitens, qui nullam vult acceptare pœnitentiam. Comitolus Responsorum Moralium lib. 1. quæst. 35. Zerula in Praxi Sacramenti pœnit. cap. 25. quæst. 9. Coriolanus Casuum Reseruatorum parte 1. sect. 3. art. 5.

Absolui potest per Episcopum Reus ad forum contentiosum delatus, quando pro tali delicto non fuit punitus, vel si fuit punitus, iam terminatum est iudicium. Item si duo sint complices, & vnus tantum fuit delatus. Homobonus loco præcitato.

Absoluendus per Episcopum, seu per illius Vicarium de mandato Papæ, potest Ordinarius vices suas alteri committere in casu particulari, vel in generali. Nauarrus conf. 1. de Constitut. quæst. 48. num. 88. & conf. 15. de Sent. Excomm. Azorius Instit. Moral. parte 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 11. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 67. Homobonus Casuum Reseruat. loco præcitato.

Absolutus à peccatis non reseruatis per integram confessionem transmitti debet ad Superiorem, vt à reseruatis absoluatur sacramentaliter. Graffius parte prima Decisionum Aurearum l. 1. cap. 13. num. 70. Paulus Comitolus Responsorum

Mo-

Moralium libro 1. quæst. 29. Aloysius Riccius in sua Praxi Aurea, resolutione 229. Martinus Nauarrus in Manuali Confess. cap. 9. nu. 7. & cap. 26. num. 6. Enriquez in Summa Theologiæ Moralis cap. 15. Lactantius Finellus de Casibus Reseruatis cap. 10.

Absolutus ab excommunicatione in foro conscientiæ tantum an sit admittendus ad forum exterius, & quid operetur talis absolutio. Comitulus Responsorum Moralium lib. 6. quæst. 6. Auila de Censuris parte 2. cap. 7. disp. 3. dub. 12. Leonardus Odoardus in Bullā Cœnæ lib. 3. quæst. 1. §. 2. num. 46. vsque ad 51. Vide Nauarrum consil. 12. 38. 39. 40. de sent. excom. & 23. de pœnit. & remiss. Syluester ver. excommunicatio 6. nu. 3. & 6. versic. Nono in eo qui incontinenti &c. Emmanuel Sà Aphoris. Confess. verbo Excommunicatio n. 2. §. quædam aliæ excommunicationes Papæ reseruatæ.

Absolutus à non reseruatis per Confessarium inferiorem, dicitur etiam absolutus à reseruatis, indirectè tamen, & recipit vnum verum Sacramentum: cum vero Superior, vel alius de ipsius mandato absoluit pœnitentem à reseruatis directè, tunc recipit aliud Sacramentum à primo distinctum. Id enim verum est, quando pœnitens est attritus sufficienter. Rodriquez Quæstionum Regularium to. 1. quæst. 20. art. 30. & quæst. 21. artic. 4. & 5. Lactantius Finellus Casuum Reseruatorum cap. 10.

Absolutus in foro conscientiæ non debet ex honestate, Æquitate, & Officio nobili inquietari à Iudice Fori Exterioris. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 31. Nauarrus conf. 5. de priuileg. &

cons.

conſ. 15. de ſent. excom. Riccius deciſ. 230. par. 2. Bonacina de Cenſ. diſp. 1. quæſt. 3. puncto vltimo, num. 3.

Abſolutus in foro conſcientię tantum, de rigore Iuris ita cenſendus eſt in foro exteriori, ac ſi non eſſet abſolutus. Nauar. conſ. 15. de ſent. excom. & conſ. 23. de pœnitentijs, & remiſſionibus.

Abſolutus eſt pœnitens à reſeruatis, qui fictè, & inualidè fuit confeſſus, quia in huiuſmodi confeſſione ſuperior tulit iudicium, & cenſetur reſeruatio ſublata. Homobonus loco præcitato.

Abſolutus ab excommunicatione cum reincidentia, reincidit abſque alia declaratoria. Riccius deciſ. 10. & 101. parte 2. & 705. par. 1.

Abſolutus ab excommunicatione in foro conſcientiæ tantum curet obtinere ab abſoluente ſchedulam abſolutionis, &c. Nauar. conſ. 26. de ſent. excommunic.

Abuti, eſt re vti contra ſuam naturam, id eſt contra id, ad quod fuit ordinata, & inſtituta. Abbas in cap. Ex litteris. De conuerſione Infidelium.

Abutentes Euchariſtia, aut rebus ſacris, incidunt in caſum Mediolani reſeruatum, non tamen incidunt mandantes, conſulentes, attentantes, perficientes, per alios abutentes, nec dantes, vt effectus ſequatur. Graſſius de Caſibus Reſeruatis c. 18. num. 42, 47, 48. Sanctum Officium hos punit pęna capitis ex Decreto Vrbis.

Accuſatus aſſumi non debet ad officia, & dignitates, niſi prius ſe purgauerit. Nauarrus conſ. 2. & 3. de accuſationibus. Poteſt tamen lite pendente promoueri. Ibidem.

Accuſare non poſſunt, qui publicè condemnati

nati fuerunt, & puniti. Iulius Clarus §. finali q. 14. Denunciare tamen possunt. Idem §. eodem q. 7.

Accusator tenetur legitimè cauere de damno re sarciendo si succumbat, immo est incarcerandus donec bene caueat. Martinus Rius Disquisit. Magicarum lib. 5. sect. 6. num. 1.

Actor tenetur sequi forum Rei. Cap. Experientiæ 11. quæst. 1.

Actore non probante Reus absolui debet, etiam si ipse nihil petat, & Actori silentium perpetuum imponi debet super huiusmodi molestatione. Rota Romana decis. 3. de re iudicata, & decis. 6. de verborum significatione.

Actus Agentium non operantur vltra eorum intentionem. Cap. finali. De præbendis.

Actus consistens circa merum factum, & pertinens ad Capitulum potest expediri per Canonicos singulariter, sine Capituli Congregatione, & est communis sentẽtia: intelligitur in actu facti tantũ, quem Canonici possunt singulariter sine Capitulo facere, vt si iuberentur soluere aliquam pecuniæ summam, ad quam pro rata quilibet esset condẽnatus; non autẽ intelligitur de actu, qui nequit fieri vtiliter ab aliquibus, nisi maiorẽ partem Capituli constituant. Nauar. cons. 21. de sent. excomm.

Actus ipso iure nullus requirit sententiam declaratoriam facti. Iacobus Menochius cons. 1255. num. 40.

Actus Apostatici contra Fidem Catholicam patrati, absq; animo deprauato, partim timore, partim ignorantia tanti criminis, vt Cruces, & Calices frangere, quid de talibus iudicandum. Nauar. cons. 3. & 15. de hæret.

Actus, qui ex sui natura delictum important, in dubio præsumuntur facti malo animo: Secus autem dicendũ est de ijs actibus, qui per se non sunt delicta, quia præsumuntur facti bono animo. Naua. cõs. 10. De simonia, & consf. 1. de clerico nonordinato.

Actus momentanei probatio si contineat diuersitatem in loco, & tempore tollit fidem à testibus. Farinacius quæst. 64. n. 88.

Actus moraliter bonus est actus factus prout recta ratio præscribit, & docet. Ludouicus Molina de Iustitia, & Iure tomo 4. disp. 668. n. 1.

Adiurare creaturam irrationalem ad agendum proprium actum non licet, quia non mouetur à se ipsa, sed à Deo, vel permissu eius à Diabolo ad nocendum homini. D. Thom. 2.2. q. 90. artic. 3. Nauar. consf. 5. de sent. excomm.

Administratori prodigo, & dissipatori non est interdicta ipso Iure administratio, sed est interdicenda. Cap. Veritatis. de dolo, & contumacia.

Aduocatus, & Causidicus cum agitur de pœna sanguinis nõ possunt salua cõscientia Reum instruere ad veritatem tacendam. D. Thomas. 2.2. q. 69. art. 1. Ægidius Bossius, Titulo de Responsionibus à Reo faciendis n. 18.

Aduocati, & Procuratores patrocinari non possunt pro hæreticis, nisi excusentur ignorantia: pro alijs autem debent obtinere licentiam ab Ordinarijs, seu ab Inquisitoribus. Farinacius quæst. 197. n. 58. 71. 72. 73. 80. 81. 82.

Affectus, & conatus non punitur sicuti actus consummatus, etiam in atrocioribus. Farinacius q. 17. n. 49. & quæst. 105. n. 172. & quæst. 110. n. 157. Clarus §. finali, quæst. 92. Royas singulari

fidei.

fidei. 17. Menochius de arbitrar. Iudicum, casu 360. Capit. Cogitationis, & Cap. Sollicitatores. de penitentia dist. 1. iuncta glossa: fallit tamen in crimine hæresis. Cap. Excommunicamus. de hæreticis. Couar. Clement. si furiosus. de hom. par. 2.

Affinitas impediens, & dirimens non extenditur vltra secundum gradum: Congregatio Concilij. Intelligitur de affinitate ex copula illicita contracta, non autem de copula licita, quæ impedit, & dirimit vsque ad quartum gradum inclusiuè.

Alienatio facta à decoctore, antequam decoqueret, quando præsumitur facta in fraudem Creditorum: Farin. decis. 137. Rotæ Romanæ.

Alienationes factæ dicuntur in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, quando ita creditur à viris bonis, peritis, & prudentibus: consideranda enim sunt tẽpus, locus, personæ, & finis, in quem res conceduntur, quantitas rerum, & qualitas, si conuertantur in perpetuam, aut temporalem Monasterij vtilitatem: sufficit autem, quod tempore contractus censeatur euidens vtilitas, quamuis postea factum efficiatur deterius. Rodriquez Quæst. Regular. tomo 1. quæst. 27. art. 8. Formula concedendi licentiam alienandi, habetur in Compendio Priuilegiorum Passarelli fol. 91. Hodie tamen extat Decretũ Sacræ Congregationis Concilij de mandato Vrbani Octaui, quo prohibentur alienationes Regularibus absque eiusdem Sacræ Congregationis beneplacito. Romæ 7. Septembris 1624.

Alienare, & in emphyteusim dare nõ possunt Regulares ex Bulla Gregorij XIII. nisi ad duas generationes, sine licentia Sedis Apostolicæ, & requiritur consensus Patris Generalis. Rodriquez Quæst.

Ca-

Canonicarum, & Regularium tomo 1. quæst. 27. art.2. Iulius III. Iesuitis concessit, vt eorum bona dari possint ad libellum vsque ad tertiam generationem; & hoc priuilegium participatur ab omnibus Mendicantibus. Rodriquez vbi supra, art.3. Andreas Molfesius conf. 44. Passarellus in cõpend. priuileg. Mendicantium ex vi Bullæ Leonis X.

Alimenta debentur filio illegitimo, siue sit filius Clerici, vel Laici. Farinacius decis.82.

Allegans propriam turpitudinem, an, & quando audiatur. Petrus Cenedus collectaneo 10. ad Decretales.

Ancilla iuuans concubinã ad se ornandũ, & aperiẽs ostiũ adultero, aut sternens lectum, in quo scit Amasium cum Domina peccaturum, non peccat, quia concurrit solum ad substantiam operis indifferentis, & ad debitum obsequium Dominæ præstãdum, dummodo id faciat sine mala intentione. Idem de seruo parante cęnam, & ministrante cœnantibus obligatis ad ieiunium, quia id non est cooperari ad alterius peccatum, sed ad substantiam illius actus, idest quatenus cęna est comestio necessaria ad sustentationem vitæ. Nauarrus in Man. cap.17. num.195. & conf. 6. de pœnit. & remiss. Azorius institut. moral. parte 2. cap.18. lib. 12. in fine. Ludouicus Beia Respons. Casuum Conscientiæ parte 1. casu 35.

Animæ periculũ vbi timetur, semper durior pars est tenenda, quę fauet animæ. Cap. Iuuenis. De sponsalibus. & Cap. Sicut. dist.14.

Animus conijcitur ex coniecturis. Cap. Nisi. De Renunciationibus. Cap. Et si quæstiones. De Simonia. L. dolum, C. de dolo.

Anti-

Anticipata solutione actionem remittere sapit vsuram; intelligitur quando remissio fit ob solam anticipationem solutionis, non autem quia minus valet, quam ipsa res præsens. Nauarrus conf. 18. de Vsuris.

Appellatio non suspendit sententiam excommunicationis latæ. Cap. Licet. De sententia excommunicationis in 6. & Can. sententia Pastoris. 11. q. 3. si præcedit appellatio non statim declaratur nulla, sed ad cautelam potest fieri relaxatio. cap. Venerabilibus, De sententia excom. in sexto, Compendium operum Nauar. Appellatio. n. 16.

Appellatio à declaratione, scilicet à denunciatione, quod quis inciderit in excommunicationem, suspendit executionem declaratoriæ. Compendiū operum Nauarri, Appellatio num. 16. ita vt declaratus excommunicatus durante lite super declaratione, nec debeat vitari, nec teneatur alios vitare, Nauarrus conf. 13. & 29. 35. & 65. de sent. excom.

Appellatio admittitur etiamsi Iudex iniustitiā non fecit, nec grauauit Actorem, vel Reum, sed Actor, vel Reus ob negligentiam omisit deducere, & probare in prima instantia, quod probare debuit, & coram Iudice appellationis in secunda instantia intendit probare. Menochius conf. 1247. num. 4.

Appellatio quandoque fit extra iudicium, idest à præsenti, aut verisimiliter futuro grauamine, vt in electione. Cap. Consuluit. 2. de appellat.

Appellatione vetita non impeditur recursus ad Principem. Menochius conf. 1247.

Appellationem quidam Prior impediuit, & Papa iussit eum castigari. Cap. De Priori. De appellat.

Appel-

Appellare non licet ab interlocutoria in causis criminalibus, nisi grauamen separari non possit per appellationem à diffinitiua. Nauar. consf. 2. & 3. de appellationibus. Emmanuel Sà Aphor. Confess. excomm. num. 1.

Appellare non licet ab interlocutoria in causis visitationis, & correctionis. Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 2. De Reformatione. Et sess. 22. cap. 1. de Reformatione, & sess. 24. cap. 20. De Reformatione. Nauar. in Man. cap. 27. n. 4. Sayrus de Censuris lib. 1. cap. 16. num. 18. vsque ad 28.

Appellare non possunt Hæretici. Farinacius q. 185. num. 227. Suspecti verò de heresi, appellant ab interlocutoria tantum. Farinacius quæst. eadem, n. 232. & 240.

Appellare non possunt Regulares à correctione Regulari. Ita Iulius II. & Leo X. vt habetur in compendio Priuilegiorum Passarelli. Nauar. consf. 4. de appellat. Oppositum docet consilio 1. vt lite pendente, &c.

Appellari potest, non modo à deffinitiua, sed etiam ab interlocutoria. Congreg. Concilij decis. 224.

Appellare possunt Regulares. Nauar. consf. 1. de sent. & re iudic. & consf. 4. de appellat.

Appellari non potest à mero executore, nisi modum excedat in procedendo, vel arctius exequatur. Cap. Nouit. De appellationibus. Item prima quæst. 1. in Summa primi Canonis.

Appellans à sententia criminali, & iusta, peccat mortaliter, nec est absoluendus, nisi renunciet appellationi. Ludouicus Beia Responsionum Bononiæ par. 1. casu 63.

Apostatæ an, & quomodo recipiendi. Passarellus in notandis priuilegiorum cap. 30. Hodie tamen adest Decretum Sacræ Congregationis Concilij de mandato Vrbani VIII. ad quod habeatur relatio &c. Decreta Sacræ Congregat. Concilij 21. Septembris 1624. Nauar. cons. 1. de Apostatis.

Apostatæ à Religione, iuxta quorumdam sententiam, sunt suspecti de hęresi. Menochius de Præsumptionibus lib. 5. præsumptione 6. num. 34. Farinacius quæst. 183. n. 12. 78. 88. 111. Vmbertus Locatus Prax. Iudic. Inquisit. verbo. Apostata.

Apostatæ à Religione, non puniuntur ab Inquisitoribus ex sola apostasia, quamuis sint excommunicati, nisi habeāt aliquid adiunctum. Ita de stylo Sacræ Congregationis de Vrbe. Pegna Cōment. 74. secundæ partis Directorij Inquisitorum.

Apostatæ retineri debent in graui carcere, donec reassumant habitum, ita vt vita misera tantum illis reseruetur. Cap. A nobis. De Apostatis.

Apostatæ puniendi sunt iuxta delicta ab eis commissa. Rodriq. quæst. Reg. to. 1. q. 30. art. 15.

Apostatæ possunt tradi brachio sęculari. Rodriquez vbi supra, art. 28.

Apostatæ non liberantur è carceribus ob censuram Ecclesiasticam. Cap. 1. De Apostatis. Bernardus Diaz Prax. Crim. Canon. verbo. Apostatæ capit. 104.

Apostatæ sunt ipso facto excommunicati. Cap. Vt periculosa. Ne Clerici, vel Monachi in 6. nec absoluuntur, nisi in mortis articulo. Rodriq. Quęst. Regul. quæst. 30. art. 8.

Apostatæ de Iure Canonico incurrunt in excommunicationem ipso facto, & in pęnam carceris

gra-

grauis. Azor. Instit. Moral. parte 1.

Apostatarum pœnas per Paulum IV. latas, Pius IV. reduxit ad terminos Iuris communis. Stephanus Quaranta in Summa Bullarij. verb. Apostatæ.

Apostatas tenentur Prælati requirere, illos excōmunicando, & vt pro excommunicatis publicentur à Prælatis Ecclesiarū procurādo. Cap. fin. De Reg.

Apostatas possunt Generales expellere à Religione. Emmanuel Rodriquez Quæstionum Regul. tomo 1. q. 30. artic. 14. & 16. cap. Relatum. Ne Clerici, vel Monachi. Obstant Decreta Congreg. Concilij de mandato Vrbani VIII.

Arbores non frugiferæ, nec pretiosæ incidi possunt, & vendi. Emmanuel Sà Aphoris. Confess. v. Alienatio num. 5. Stephanus Quaranta in Summa Bullarij ver. eodem. Doctores de Censuris in explanatione Paulinæ incip. Ambitiosè. De rebus Ecclesiæ non alienandis. Synodus Diœcesana II. Mediolanen. Decreto 36. Aloysius Riccius decis. 136.

Archiepiscopus visitando Monasteria exempta, potest ferre Crucem ante se. Vincentius Francus decis. 711. quartæ partis.

Archiepiscopus habere potest baldachinum in Ecclesijs exemptis, & contradictores excommunicare potest. Riccius Praxis Aureæ resolut. 313.

Arma deferre possunt Officiales Sancti Officij, & quid armorum nomine intelligēdum. Petrus Cenedus collectaneo 7. ad Decretales. Farinacius de hæresi quæst. 182. n. 89. 90. 91. Bulla Ioannis XXII. in fine Directorij.

Arma tenere ad modicum tempus in loco vetito, non est causa sufficiens ad incurrendam censuram, aut pœnam. Glossa Clementinæ primæ. De sta-

tu Monacorum, circa finem. Riccius decis. 691. Syluester Excommunicatio 9. num. 73.

Armis priuari potest, & expoliari confugiens ad Ecclesiam, quia videtur confidere in Armis, & non in Ecclesia. Riccius resolut. 26. Praxis Aureæ. Remigius Lonneus de Immun. Eccles. in Summa q. 13. Vide hunc librum verb. Iudex Laicus. Nau. cons. 44. de sent. excomm.

Arma Clerici deferre non possunt, etiam cum licentia Ordinarij. Riccius Praxis fori Ecclesiastici decis. 550. Paulus Fuscius sing. Iuris. littera C. nu. 119. capit. Clericus. de vita, & honestate Cleric. Oppositum verius existimo, quia ita seruatur vbique locorum.

Arreptitij, & obsessi à Dæmone, etiamsi conualescant, non possunt assumi ad Ordines Sacros absque dispensatione Papæ; si verò obsideantur post assumptos Ordines Sacros, tunc post conualescentiam vti possunt ipsis Ordinibus. Nauar. cons. 5. de ætate, & qualitate ordinandorum. Sayrus de Censuris lib. 6. cap. 9. num. 14. Armilla ver. Corpore vitiatus n. 8. Emman. Sà Aphor. Confess. ver. Irregularitas ex defectu corporis, n. 3. Dicuntur conualuisse arbitrio boni, & periti viri. Vel si per annum, vel diu non fuerit vexati. Omnes præcitati. Martinus Bonacina de Censuris disp. 7. q. 3. pun. 2. num. 12. Dicit, Regulares dispensandos per suos Prælatos. Vgolinus de Irregul. cap. 55. num. 2. Ioannes Baptista de Bertis, Resolutiones Sacrificij Missæ quæst. 1. art. 3. dub. 5. Borgasius de Irregul. parte 5. cap. 5. de corpore vitiatis ordinan. nu. 15. fol. 108. Naldus quæst. pract. verbo. Irregularis num. 28.

Articulus mortis eſt probabile periculum mortis. Comitolus Reſp. Moral. lib. 19. 20.

Artifices pingendi, ſculpendi, & architectandi, aſque peccato poſſunt feſtis diebus conuenire ad erudiendum imperitos iuuenes in primis rudimentis. Nauarrus in Manuali cap. 13. num. 3. 5. 12. 14. Emmanuel Rodriquez in Summa cap. 122. concl. 2. Comitolus Reſponſ. Moralium lib. 4. quæſt. 53.

Aſcendentes contra deſcendentes, & è contrà, vxor contra maritum, & è contrà, non debent ſe offerre; nec Oblati admittendi ſunt in teſtes. Nauar. in Man. cap. 25. num. 47.

Aſtrologia Iudiciaria, quæ ſit, & qualis, & quomodo afficiat. Farinacius quæſt. 181. num. 59. & q. 20. n. 111. 112. Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 9. ca. 16. Pegna 2. p. Direct. Inquiſit. Com. 67.

Attramenti diuerſitas in apoſtilla arguit ſcripturam eſſe falſam. Aloy. Ricc. deciſ. 10. 2. partis.

Attramenti ſola diuerſitas non tollit fidem ſcripturæ. Farinacius conſ. 12. n. 19.

Auctoritas vnius viri valdè pij, & eruditi excuſat à peccato tranſgreſſionis legis. Cap. Capellanus iuncta gloſſa. de Ferijs, Nauar. conſ. 20. de vſuris, & 75, de Simonia,

B

BANCVS Sancti Ambroſij Mediolani, hoc eſt modus, quo vtitur Ciuitas negotiandi, ferè deſcribitur à Nauarro in Manuali cap. 17. num. 242. 256. 284. Videatur Ludou. Molina de contract. d. 408. Bartholomeus Salon de Cambijs quæſt. 4. art. 2. controu. 9. num. 2. Item art. 4. & vlt. Fabianus Genuenſis de Cambijs adinuentione 6. Io. Petrus

Bimius conſ. 16. l.4. Nau. conſ. 7. & 17. de vſuris.

Banci Sancti Ambroſij reductio, & accommodatio peti poteſt. Ex Nauarro conſ. 3. de teſtamentis, alias de Depoſito. 7. & 17. de vſuris.

Bannitus aggreſſus aliū occidens, an peccet, aiūt quidā, alij negant. Azor. inſt. mor. p. 3. l. 2. c. 5. q. 11.

Bannitus poteſt occidi impunè à quocunque. Azorius inſtitut. moral. parte 3. lib. 2. cap. 1. q. 11. & cap. 2. q. 2. Emmanuel Sà Aphor. Confeſſ. ver. Bannitus. Reginaldus Praxis fori pœnitentialis to. 2. lib. 21. num. 18. Ludouicus Beia caſuum conſcientiæ Bononiæ p. 1. caſu 43. Grilenzonius cōſ. 114. Intelligitur in territorio à quo fuit bannitus, & diffidatus, ita omnes. Pegna com. 36. p. 3. Dir. Inquiſ.

Ad Baptiſmum tenens procuratorio nomine, non contrahit cognationem, ſed contrahitur ab illo, cuius nomine tenet. Ita Sacra Congregatio de Vrbe. Homobonus caſuum reſeruat. parte 2. c. 4.

Baptiſmum, vel aliud Sacramentum ignorans ſe recepiſſe, poteſt denuo recipere ſub conditione, Si, & quatenus non recepi, recipio. Nauar. conſ. 9. de temporibus ordinationum. Bonacina de Cenſuris diſp. 7. q. 3. puncto 3. propoſitione 1. & 3.

Baptiſmus imminente articulo neceſſitatis conferri poteſt infanti exiſtēti in vtero matris, ſi tamē quantulaſcunq; aqua tangat partem corporis: nihilominus hic rebaptizandus erit ſub conditione: Si non es baptizatus, &c. Valen. de Bapt. d. 4. q. 1. pun. 2. verſ. 3. Regin. de Bapt. l. 27. c. 3. n. 16. Mar. Bonac. de Sacram. d. 2. q. 2. pun. 6. n. 7. Nau. conſ. 1. de Bapt. n. 2. ca. Vulgaris de pęnit. diſt. 1. n. 3. Ang. v. Baptiſ. 6. q. 4. Syl. v. eodem 4. q. 2. Vict. de Sac. Bapt. n. 31.

Barbam radere, ab Eccleſia nunquam fuit pręcep-

ceptum, quamuis Pius V. statuerit, vt Sacerdos ita labrum superius tondeat, ne sit impedimento sumendi Corpus, & Sanguinem Domini. Petrus Cenedus. collect. 11. ad Decretales.

Beatis quænam fieri possint ad eorum cultum ante consensum obtentũ Sanctæ Sedis. Andreas Molfesius cons. 45.

Beati declaratiuè ij sunt, qui pro talibus fuerunt à Papa declarati: nuncupatiuè quos tales appellauit Papa facultatem concedendo, vt eorum Vita imprimatur: acclamatiuè, quos tamquam Beatos populus veneratur. Idem Molf. cons. cit.

Beatis non canonizatis, ad eorum sepulchra, & imagines accendi possunt lampades, & cerei, tabellæ deferri, & in die Anniuersarij obitus licitum est peculiariter lætari. Priuato cultu possunt coli, & inuocari in necessitatibus, etiam priuatè in Litanijs. Molfesius cons. citato.

Bellum, vt sit iustum, requiritur, vt fiat à Principe supremo in temporalibus, vt iniuria sibi fuerit à parte contraria illata, & vt fiat recta intentione, scilicet non odio, sed iustitiæ zelo. Emm. Rodriq. quæstion. regul. tomo 1. quæst. 24. art. 8. Sanchez par. 1. in Decalogum lib. 1. cap. 9. num. 36. & lib. 2. cap. 31. num. 24.

In bello acquisita sunt capientium. Nau. cons. 2. de iniurijs, & damno dato.

Beneficia simplicia plura retineri non possunt tuta conscientia, absque Summi Pontificis dispensatione, & cum intentione faciendi largiores eleemosynas, quando tamen ad decenter viuendum sufficit vnum tantum beneficium. Ludouicus Beia cas. consc. Bonon. par. 1. cas. 59. & p. 4. casu 26.

Beneficia oriundis, non autem exteris, cæteris paribus, sunt conferenda. Azorius instit. moral.p. 2.lib.6.cap.4.quæst.25.Nauar.cons.vnico. De Magistris, & ne aliquid &c. Petrus Cenedus collect. 56. & 143. ad Decretales.

Beneficia duo potest quis habere in eadem Ecclesia, dummodo sint dissimilia. Azorius par.2.lib. 6. cap.11.q.4.

Beneficij priuatio locum habet tantum in casibus à Iure expressis. Aloysius Riccius decisio. 25. partis secundæ. Farinacius consilio 25. numero 48.

Beneficij obtinendi causa dans pecunias famulo ministri Papæ, vt intercedat, & sit mediator ad obtinendum beneficium, simoniacus est: si verò dat solum, vt Papæ Ministrum memorem faciat pro missi beneficij, potest excusari à simonia. Nauar. consil.46. de sent.excommunic.

Beneficij possessione non priuatur quis cum dicitur, sit priuatus ipso Iure, eo ipso, ipso facto, sine alia monitione, aut declaratione, nisi per sententiā Iudicis priuatus declaretur, & interim potest conscientia tuta beneficij fructibus gaudere: secus est, si dicatur, collatio beneficij non valeat. Nauar. in Manuali cap.27. numero 251. Lopez de contractibus parte 2. cap. 53. Azorius institut. moralium parte 1. libro 5. cap. 8. quæst. 2. 3. Emmanuel Sà Aphorismi Confessariorum Beneficium. num. 13. & 20.

Beneficium sufficiens habenti, si Episcopus conferat alterum sufficiens beneficium, tunc habita possessione pacifica secundi beneficij, vacat primum. Congregatio Concilij.

Beneficium legitimè quęsitum non perditur ipso iure ob irregularitatem superuenientem. Est communis. Nauarrus consilio 3. 17. 35. de homicidio.

Beneficium, seu Capellania instituta cum onere celebrandi quotidie, etiam si fundator non dicat expressè, quod celebretur pro salute animæ suæ, nihilominus tenetur Capellanus sacrificium applicare pro anima fundatoris: quia in interpretanda testatoris dubia voluntate illud credendum est, & iudicandum, quod ęquius, verisimilius, & fauorabilius est animę tęstatoris; Superior enim conditionem fundatori vtilem apponere potest. Nauar. cons. 2. de Iure patronatus. Canonistę in Cap. Significatum de præbendis. Suarez in 3. p. to. 3. q. 83. disp. 86. sectione 3. conclus. 3.

Beneficium insufficiens cum alio non requirente assiduam beneficiati pręsentiam, habere quis potest absque alia Iuris relaxatione. Azorius par. 2. lib. 6. cap. 11. quæst. 7. instit. moral.

Beneficium datur absque peccato, bono, relicto meliori. D. Thomas quolibeto 6. quęst. 5. art. 9.

Beneficiatus potest iustè promittere beneficium conferenti, vel cuilibet alteri, quidquid iustè debebit ratione illius, post acceptationem, quia expressio illius, quod iustè debebit, non inducit simoniam. Glossa in Cap. Ad audientiam 2. de rescriptis. Cap. Significasti de electione. Nauar. cons. 1. de Simonia. Ludou. Beia casuum consc. Bonon. p. 1. cas. 37.

Beneficiatus excommunicatus ob non solutam pensionem in tempore propter paupertatem; si bene-

neficium residentiam habeat, lucratur distributiones quotidianas; si non habeat aliundè vnde viuat, ne cogatur mendicare in opprobrium Clericatus, si tamen per eum non steterit, quo minus absoluatur. Aloysius Riccius praxis aureæ resolut. 385. Congregatio Concilij.

Beneplacitum expirat morte ipsius cōcedentis. Nauarrus consilio 2. de priuilegijs.

Blasphemia hęreticalis inordinatam gignit suspicionem hęresis, quam temperat ira, impediendo causari suspicionem hęresis. Albert. de agnos. cathol. assert. q.27.n.18.

Blasphemia hęreticalis quę sit. Ioannes Royas. De hęreticis.par. 2. num. 170. Sanchez in Decalogum par. 1. lib.2. cap. 32. Martinus Bonacina de Legibus q.8. disp. 3. Homobonus casuum reseruatorum parte 2. cap. 1. Lactantius Finellus de casibus reser.Graff. de cas.res.c.10.n. 2.Grilenz. cōs. 85. Pegna comment. *66.* partis 2. Direct. Inquisit.

Blasphemię suspicionem hęresis inuestigare debet Iudex ex conditione personę, videlicet, si passione, iracundia, frequentia, consuetudine, ioco, seriò, iniuria, lubrico linguę, petulantia &c. horum enim certa regula tradi non potest. Albertinus vbi supra nu.37.Simanca de Catholicis instit. tit. 8. capit. Ad abolendam. de hęreticis. & cap. Accusatus. de hęret. in *6.*

Blasphemię hęreticales ab Inquisitoribus tantū puniuntur. Ioānes Royas, De hęreticis. p.2.n.1*68*. Prax.Archiep.Neap. in ann. c.23.Far.q.177. n.7*6*.

Blasphemandi consuetudinē non inducunt duo, vel tres actus: L. 3. C. de Episc. aud. quia hęc in linguę lubrico consistit, quod facillimè remittitur, ideo

ideo requirnntur plures reiterationes. Albert. lib. citato, quęst. 6. num. 20. Lubricum enim linguę nō facilè trahendum ad delictum. Glossa in cap. Dubius. de Hęreticis. Homobonus casuum reseruat. parte 2. cap. 1. Cap. Quod autem. 22. Quęst. 2. & L. famosi. ff. ad legem Iuliam.

Blasphemandi consuetudo, probari debet, non per testes singulares. Diaz in sua praxi canon. verb. Blasphemia.

Blasphemant aliqui cum fide ita credentes, vt verba sonant; Alij verò sine fide, vt dicentes; Al dispetto &c. contrarium tamen credentes, sed tali delectantur mendacio, vt inferant iniuriam Deo. Caietanus 2. 2. quęst. 13. art. 1. Farinacius q. 20. à n. 20. vsque ad 49. Albertinus quæst. 27. n. 17. Pegna comm. 66. 2. partis direct. Inquisit.

Blasphemans semel, aut bis iratus mitissimè tractandus est. Albertinus citata quęst. num. 17. quod intellige vbi ira ex iusta causa fuerit orta: semper enim attendendum est, an irę causa iusta fuerit, vel iniusta. Cap. inebriauerunt. 15. quęst. 1. Abbas ca. Statuimus de maledicis.

Blasphemans, & statim se humilians contritionis signa ostendendo, pectus percutiendo, terram deosculando, siue alio modo à blasphemia retrocedendo, excusandus est. Albertinus quęst. citata num. 13. Franciscus Pegna comment. 66. partis secundę Directorij Inquisit.

Blasphemans in ebrietate pœna arbitraria est puniendus, vt caueat in futurum ab ebrietate ad blasphemias inducente. Albertinus q. cit. n. 15.

Blasphemans pluries, frequenter in ludo, & extra ludum, & ad quemlibet leuem animi motum,

&

& abiuratus, vt vehementer suspectus, si reincidat, nec relapsus erit, nec relapsorum pęna puniendus. Repertorium Inquisit. verb. Relapsus.

Blasphemans pluries in vno instanti calore iracundię, præsumendum est, quod semel tantum blasphemauerit, Menoch. de præsũp. lib. 5. præs. 2. n. 27.

Blasphemans pro prima vice, ly prima vice intelligitur pro prima vice punitionis, non autem pro prima vice blasphemandi, etiam quod alias blasphemauerit pluries, nec fuerit punitus, cap. Graue nimis, de prębendis. Cap. statuimus, de Maledicis. Steph. Quaranta in Sum. Bullarij, ver. Blasphemia, Corradus resp. casuũ conscientię q. 106. 107. 108.

Blasphematores mulctari debent. Cap. 2. De maledicis. Si persona vilis fuerit, punietur in corpore. Albert. de agnosc. catholicis assertion. q. 27. n. 20.

Blasphemus abiuratus abiuratione de vehementi, quia credidit aliquando errores, quos blasphemijs protulit, si relabatur, punietur pęna relapsorum. Repertorium Inquisit. ver. Blasphemus: quod tamen durum videtur, quia blasphemia, non hęresim, sed heresis suspicionem prefert; nisi dicamus, quod in blasphemias relabendo, illarum errores, hac secunda vice credidit. Franciscus Pegna 3. Directorij parte comment. 66. 81. & 83. Repertorium Inquisitorum. verbo Relapsus.

Bona fides excusat à peccato, & à censuris. Nau. Man. cap. 27. num. 155. & cons. 1. num. 8. de Iure patronatus, & cons. 40. num. 7. de Prębendis. In dubio autem bona fides pręsumitur.

Bonę fidei priuilegia, & explicationes eorundem. Comitolus de Contractibus cap. 15. parte 2. Steph. Quaranta Summa Bullarij. Ordo. §. Quinã

ex-

excusetur à pœna. Nauar. man. cap. 27. nu. 155.

Bonę fidei possessor tenetur restituere fructus extantes, consumptos verò, si ijs factus est locupletior. Comitolus loco citato num. 14.

Bona fides excusat clericum à peccato, qui recepit distributiones quotidianas, cum non interfuerit horis Canonicis: tenetur restituere fructus extantes: consumptos autem secundum illam partẽ tantum, in qua factus est locupletior. Comitolus vbi supra nu. 14. Vide hunc librum verbo, Distributiones. Nau. cons. 18. de simonia.

Bona fide emens rem furto subtractam potest illam venditori restituere, & pecuniam suam repetere. Lud. Beia casuum consc. Bononię p. 1. casu 63.

Bona fide emens rem aliquam ab eo, cuius non erat, non peccat emendo, sed tenetur illam restituere Domino, etiam pretio non soluto, simul ac sciuerit eam illius esse. Nauar. in man. c. 17. n. 7. & cons. 20. de vsuris.

Bona donata Ecclesijs, seu Ecclesiasticis, vel ab ipsis empta, obligantur ad soluenda tributa perpetua, & onera ordinaria, quibus erant affecta antequam eorum dominium, & possessio perueniret ad Ecclesiasticos. Leonardus Duardus in Bullam cœnę canon. 18. quęst. 6. num. 6.

Bona donata Ecclesię pro ipsius fundatione, vel pro dote, vel possessa ab Ecclesia, Iure spirituali, aut Iure Diuino, vt sunt Decimę, vel primitię: vel si fuerit Ecclesia ędificata, cœmeterium, Atrium, Hortus Ecclesię, in agro perpetuo tributario, pro ijs bonis solui non debent onera perpetua. Leonardus vbi supra nu. 7.

Bona donata Clerico in titulum beneficij transeunt

ſeunt cum oneribus, quibus prius reperiebantur affecta vigore ſtatuti, pacti, legati, &c. & hoc quoad onera ordinaria tantum. Duardus vbi ſupra numero 9.

Bona legata Eccleſię ſub conditione ſoluendi taleas, & collectas, obnoxia ſunt pro omnibus oneribus variabilibus, & inuariabilibus. Duardus ibid. num. 10.

Bonorum Eccleſiaſticorum coloni, & conductores non poſſunt grauari reſpectu dictorum bonorũ ad hoſpitandum milites, ſiue ad contribuendum pro tali cauſa. Sacra Congregatio Epiſcoporum 4. Septembris 1595. & vltimo Ianuarij 1596. Archiepiſcopo Mediolani. Neque titulo Eleemoſynę. Eadem Sacra Congregatio 27. Maij 1598. Epiſcopo Squillacenſi, & 16. Decembris 1604. Epiſcopo Brixienſi.

Bona hęretici per Sanctum Officium confiſcata, in Ducatu Mediolani diuiduntur ęquis portionibus inter Eccleſiam, Inquiſitionem, & Fiſcum. Iulius Clarus §. Hęreſis numero 11. Farinacius conſilio 117. 118. item queſtione 190. num. 180. & 191.

Bona hęreticorum apprehẽdi nequeunt, niſi prius declarentur. Cap. Cum ſecundum. De hęreticis in 6. cap. ad abolendam, de Hęreticis. Nau. conſ. 13. & 20. de hæret. Farinacius q. 190. Clarus §. Hęreſis num. 13. Emman. Sà Aphor. Confeſſ. Hęreſis. num. 3. Nauar. conſ. 12. de hęret.

Bona patrimonialia Clericorum gaudent Eccleſiarum priuilegijs, nec ex eis ſoluenda eſt gabella. Nauarrus conſ. 1. de cenſibus. Couarr. contrariũ ſuſtinet lib. 1. Variar. reſolutionum cap. 4. nu. 3. 4.

cum

Cum Nauarro sentit Ludouicus Molina disp. 670. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Clericus 16. & Gabella 13. neque consuetudo exigendi gabellas à Clericis excusat. Molina vbi supra. Aloysius Riccius resolut. 167. prax. aureę. Grillenzonius. consil. 53.

Bona pauperibus relicta, quomodo eroganda. Ancaranus cons. 129.

Bona relicta regulari intuitu suę personę, nō possunt ab ipso retineri, absq; licentia Superioris. Gaspar. Calder. cons. 4. de consuetudine.

Bona ingressi Ordinem Mendicātium, & professessi, deuoluuntur ad Conuentum, & non ad consanguineos. Calder. cons. 46. de testamentis.

Bona Regularium morientium extra Religionē, sunt Camerę Apostolicę. Nau. cōs. 15. n. 14. & 80. de Regul.

Brachium sęculare ab Ecclesiastico inuocatum non tenetur, nec debet videre processum, aut iustitiam causę. Riccius collect. 573.

Breuia ad collum gestantes pro sanitate, & deuotione. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 43. num. 20. & cap. 40. lib. eodem n. 29. 30. 31. 50. Ludouicus Beia Casuum Conscientię Bononię par. 1. casu 24.

Buccinę vsus, non est ab Ecclesijs remouendus. Sacra Episcoporum Congregatio 22. Nouembris 1593. Episcopo Bergomensi.

Bulla contra stylum Curię expedita remitti potest ad Cancellariam, ad eorum instantiam, quorū interest, vt suppleatur, vel restringatur secundum stylum Curię. Nauar. cons. 1. de Homicidio.

Bulla Clementis VIII. de largitione munerum

ex-

plicatur à Sanchez de Matrimonio tomo 1. lib. 6. disp. 4. num. 7. Megala prima secundę partis ca. 27. quęst. 3. num. 65.

Bulla Ambitiosè, de rebus Ecclesię non alienandis, non fuit recepta quo ad censuras, & priuationes beneficiorum. Nauar. in Manuali cap. 27. num. 150.

Bulla Cruciatę, an vti possint Regulares. Passarellus in notandis priuilegiorum cap. 10. negat Clemens 8. Stephanus Quaranta summa Bullarij, ver. Confessor.

Bulla Sixti V. contra Astrologos Iudiciarios. Farin. q. 181. num. 59.

C

CALCVLI, & computationes semel redditi, nō debent iterum reddi, pręsertim si liberatio per instrumentum fuerit facta. Farinacius Rotę Rom. decis. 101.

Calumniator tenetur ad damna, & expensas calumniati, tum iure communi, tum ex constitutione Pij V. licet Iure ordinario pœna sit, vel pecuniaria, vel corporalis. Farinacius quęst. 16. num. 8.

Cambia, & recambia, vt licitè debeantur. Farinacius. Rotę Rom. decis. 173.

Cambia sunt licita per contractum emptionis, & permutationis, in quibus seruanda est ęqualitas, & requiritur, quod sit dubium probabiliter, pecuniam à Campsore emptam, seu permutatam, plus, aut minus valituram. Syluest. vsura 4. q. 10. Ioan. Salas de Cambijs dub. 39. & 40.

Cambij realis intrinseca ratio est, vt pecunia resti-

stituatur in loco distanti, & diuerso ab eo, in quo prius fuit exbursata. Ludouicus Molina de contractibus disp.404.Syluester. vsura.4.quæst.9.Nauar.in Man.cap,17.n.290.299. & commentario de vsuris cap, vltimo n. 23. Dominicus Sotus de Iustitia, & Iure lib.7,quæst.10. art. 1. Cardinalis Tolet. in summa lib.1.cap.52.Salonius de cambijs quæst, 4,art.2.controu.7.& 9.n.5.& controu. 3. art. 4. & ita fuit decisum in Archiepiscopali Congregatione cambiorum Mediolani die 23. Nouemb. 1623,

Cambij loca quanto minus distant tanto minus lucrum afferre possunt, & debent. Nauar. in Manuali cap. 17. n. 290. 295. Ioannes Salas de cambijs dubitat. 17. 26. Salonius de cambijs quæst. 4, art.2.n.20. controu. 1, & controu. 18. n. 4. Lessius de Iust,& Iure lib. 2.cap.23.dub,5.n.52.Ita in Bulla Pij V.vbi dicitur:Curandum autem est, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur,

Cambium siccum, & vsurarium est, quando contrahentes intendunt exbursare, reposcere, & restituere pecuniam in eodem loco acceptam, in quo fuit prius exbursata: & hoc damnatur in Bulla Pij V. per illa verba: Vel certe talis intentio erat, vt pecunia reposcatur in loco, vbi fuerat celebratus contractus. Syluester vsura 4. quæst. 9. & ita fuit decisum in Archiepiscopali Congregatione cambiorum Mediolani die, & anno vtsupra.

In cambio ratione temporis nihil omnino recipi potest per verba Bullę Pij V. vbi legitur: Campsores interdum præstitutum solutionis terminum differunt, lucro ex tacita, vel expressa conditione recepto, seu etiam tantummodo promisso.

Cambium appellari potest emptio, & venditio, eo modo quo pecunia vendi potest, non obstante, quod sit eadem moneta; quia potest esse sui ipsius pretium, quando est in diuersis locis, ita vt pecunia Mediolani præsens magis valeat, quam quando est absens. Nauar. in Manual, cap. 17, n. 300. Potest etiam permutari in genere, scilicet, vt quando dantur centum libræ, tot accipiantur de quacumq; moneta, In speaie vero, vt quando datur tantum de ista moneta, tantum accipiatur de illa alia. Syluester. Vsura 4. quæst. 8.

Cambium ratione temporis est licitum, si consideretur tempus quatenus consequitur necessario distantiam localem, & hac ratione Campsor emit vilius, quia Campsarius non potest statim reddere pecuniam, & res loco distans minus valet, quia non reducitur ad præsentem locum sine periculo, labore, & expensis. Syluester vbi supra. Consideratur etiam tempus quatenus in eo est rerum varietas, & ita cambium est licitum, quia res venalis, vt pecunia, in principio habet vnum pretium, aliud in medio, & in fine aliud; Id enim non est gratia temporis, sed rei in tempore. Syluester, vsura 4. quest. 11. Tempus vero formaliter sumptum, idest quatenus Campsor caret illa pecunia, & sibi est otiosa, id reddit cambium illicitum. Syluester loco citato. Ioannes Salas de cambijs dub. 18.

Cambium verum, & reale tunc fit, quando Campsarius non grauatur plus solito, nec temporis distantia lucrum affert, Syluester, vsura 4. quæst. 9.

In cambio pacta grauosa fieri non debent, hæc enim damnantur à Concilio Mediolanensi, vt si dicat Campsor, Nolo tibi dare ad cambiũ nisi recur-

sam

ſam mihi dederis. Poteſt tamen pactum grauoſum iuſtificari per aliud fauorabile pactum, videlicet ſi Campſor ex duabus prouiſionibus vnam tantum à Campſario recipiat. Leſſius de Iuſtitia, & Iure lib. 2. cap. 23. dub. 7. Michael Salon de cambijs quæſt. 4. art. 2. controu. 11. num. 2. & controu. 14. n. 10. & controu. 13. Ioannes Salas de cambijs dub. 42. & 43. Pacta vero vrbanica, & gratioſa non damnantur à Concilio, nec à Doctoribus.

Cambium cum recurſa ad Agentem Campſoris ſoluẽtem ex proprijs pecunijs eiuſdem Campſoris, iuſtificatur, ſi contrahentes intentionem habuerint cambiendi realiter: Secundo ſi cambiens habuerit veros, & reales effectus in Nundinis, de quibus potuerit diſponere, & tot aſſignauerit, quot requirebantur pro extinctione prioris cambij. Salon, & Salas præcitatis locis.

Cambium illicitum eſt, & vſurarium ex ſe, & in ſe, quando Campſor dat pecunias Campſario non habenti, nec habituro in Nundinis pecunias, creditum, Socium, aut fidem amici pro illo ſoluentes. Si vero Campſor bona fide credidit, & ignorantia probabili, & inuincibili, Campſarium habiturũ in Nundinis ſoluentem pro ipſo, ſi bona fides ceſſauit poſt lucri receptionem, poterit ſibi retinere lucrum titulo ceſſantis lucri, aut damni emergentis. Si vero bona fides ceſſauit ante lucri receptionem, tunc reſcindendus erit contractus capitali tantum repetito, niſi Campſor in hoc caſu prætendat indemnem ſeruare ſe, ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis. Nauar. in Manuali cap. 17. n. 230. Bartholomeus Salonius, de contractu cambiorum quæſt. 4. art. 2. controu. 14. num. 6. Nauar. de cam-

bijs num.24.Caietanus de cambijs cap.1.Salonius de cambijs quæst.4. controu. 1. art. 1. & 2. & controu.7.& 9.& quæst.4.art.4.controu. 3. num. 3. & controu.9. quæst. 3. art. 5. Ludouicus Molina de contractibus disp.404. Ioannes Salas de cambijs dub.14. 15. 39. Mercatus de contractibus lib. 4. cap. 17. Syluester vsura 4. quæst. 9.& sic fuit decisum in Archiepiscopali Congregatione cambiorum Mediolani die 27. Nouembris 1623. Hoc autem cambiendi genus damnatur etiam in Bulla Pij V.per illa verba; Neque quisquam est,qui in Nũdinis huiusmodi litteris receptis solutionem faciat. Nauar.in Man.cap.17.num.298.299.301.

Recambiorum occasione, de rigore iuris possunt exigi consuetæ prouisiones, quamuis inhumanum id videatur, nec vsitatum apud honestos campsores, neq; titulo lucri cessantis. Ioannes Salas de cambijs dub.22. n. 3. Salonius de cambijs controu.14.& controu.20. n. 8.

Cambiorum pretium augeri potest ex licita causa, & illud est iustum, quod practicatur in foro campsorum seclusis fraudibus. Cardinalis Tolet. in summa lib. 5. cap. 83. Salonius de cambijs controu.2.art.4.n.2.3.& controu.13.& controu.14. n. 13. & controu. 17. n. 4. Io: Salas de cambijs dub. 38.n.3.Lessius de Iust.& Iure lib.2.cap.23. dub. 6. n. 57. Fabianus Genuensis de cambijs adinuẽtione 2. Idem innuitur in Bulla Pij V. per illa verba: Eos vero,qui conspirationes fecerint, &c. ergo conspirare non licet, vt augeatur pretium.

Cambium est reale, quando pecunia reperitur virtualiter .f. sub credito, in loco solutioni destinato. Nauar. in Man. cap.17.n.298. 299. Lessius de

Iust.

Iust. & Iure cap. 23. dub. 7. n. 67. Salonius de cambijs controu. 2. art. 4. n. 4. & quæst. 4. art. 2. controu. 12.

In cambio reali possunt dari, & computari merces. Nauar. in Man. cap. 17. n. 298. Lessius de Iust. & Iure cap. 23. dub. 6. n. 58. Io: Salas de cambijs dubitat. 19.

Cambio minuto lucrari licet. Salonius de cambijs controu. 1. art. 3. n. 7. Nauar. in Man. cap. 17. n. 288. Emmanuel Rodriquez in summa parte 2. c. 105. conclus. 3. Emmanuel Sà Aphor. confes. cambia n. 1.

Cambiorum monopolia hac ratione fiunt, videlicet congregando omnem ferè pecuniam ciuitatis, & loci, in quo cambia exercentur; constituendo communi consensu iniusta, & iniqua pretia cambijs: siue conueniendo vt nullus pecunias conferat, nisi sub pretio ita constituto: hæc autem facientes peccant contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem aucti pretij, non modo ipsi cambientes, sed quotquot sciunt, vel probabiliter credunt, pretia cambiorum hac ratione fuisse aucta. Nauar. de cambijs n. 59. Emmanuel Rodriquez in summa parte 2. cap. 107. n. 7. Cardinalis Toletus in summa lib. 5. cap. 83. Rebellius de obligationibus iustitiæ p. 2. quæst. 12. n. 1. & 2. Salonius de cambijs quæst. 4. art. 2. controu. 13. controu. 15. n. 3. controu. 17. n. 4. controu. 2. n. 3. Fabianus Genuensis de cambijs adinuent. 4. & ratio est, quia non seruatur iustitiæ commutatiuæ æqualitas, sed fraudulenter inuertitur. Nauar. in Man. cap. 17. n. 287. 299. Quæ sanè monopolia damnantur quoque in Bulla Pij V. per illa verba: Eos vero, qui conspirationes

fecerint, vt quasi monopolium facere videantur, pœnis contra monopolium facientes à iure constitutis puniantur. Ioannes Salas de cambijs dubitat. 30. & 38.

Cambire possunt personæ priuatæ, etiamsi non sint Mercatores descripti. Cardinalis Toletus in summa lib. 5. cap. 51. n. 9. Dominicus Sotus de Iust. & Iure lib. 7. quæst. 2. art. vnico. Ludouicus Molina de contractibus disput. 405. Emmanuel Sà Aphor. Confes. cambium n. 5.

Campsario sufficit, quod habeat in loco Nundinarum amicum, vel agentem campsoris dantem sibi pecuniam, ius, creditum, merces, directum, & statim dominium transfertur in ipsum campsarium, qui ibi soluit primum cambium: mox incipit secundum cambium, cuius virtute reposcitur, & soluitur Mediolani pecunia in Nundinis prius exbursata.

Campsor dubius, quod campsarius non sit habiturus in Nundinis pecunias, siue creditum, peccat mortaliter, quia exponit se periculo exercendi cambium fictum, & siccum. Syluester Vsura 4. quæst. 9.

Campsores non excusantur dicentes, misisse litteras ad Nundinas, & sic per eos non stetisse &c. quia à principio contractus tenentur scire, vel saltem probabiliter credere, campsarium habiturum in Nundinis soluentem pro se. Ludouicus Molina de contractibus disp. 404. Syluester vsura 4. q. 9. Nauar. in Man. cap. 17. n. 290. 299. & commentario de vsuris cap. vltimo num. 23. Dominicus Sotus de Iustitia, & Iure lib. 7. quæst. 10. art. 1. Cardinalis Tolet. in summa lib. 1. cap. 52. Salonius de cambijs

quæst.

quæſt.4.art.2.controu.7.& 9.num.5.& controu.3. art.4. & ita fuit deciſum in Archiepiſcopali Congregatione cambiorum Mediolani die 23. Nouemb. 1623.

Campſor ſciens, vel credens campſarium tempore contractus non habere pecunias, aut creditum in Nundinis, ſi probabiliter credit, tempore Nundinarum illum habiturum, facit contractum licitum,& cambium reale. Nauar.Salonius, Mercatus,& alij vbi ſupra. Leſſius de cambijs cap.23. dub.7.n.68.

Campſori poteſt dari pecunia (ſi tamen bonæ ſit vocis, & famæ) vt illam negotietur ſuper cambijs licitis,& realibus, aliàs ab illo remouenda erit,vbi ſciatur illum cambia realia non exercere. Nauar. in Manuali cap.17.num.296.Salonius de cambijs quæſt.4.art.2.controu.12.n.3.Fabianus Genuenſis de cambijs ſexta adinuent. Idem habetur in cap. Conſuluit, & cap. Finali de vſuris. Farinac.deciſ. 168.& 209. Rotæ Rom.

Campſor non peccat contra iuſtitiam dicendo, ſe nolle dare ad cambium niſi in talem locum. Ioannes Salas de cambijs dub. 17. n. 5.& dub.43. Leſſius de cambijs lib.2.cap.23.dub.7.n.70.& hic tractatus continetur in de Iuſt. & Iure. Salonius de cambijs.

Cambientes pecunias poſſunt recipere pignora, vel fideiuſſores. Salonius de cambijs,quæſt.4.art. 2.controu.1.n. 10. & controu.22.

Campſor compelli non poteſt à campſario ad cambitam pecuniam recipiendam extra tempus, & extra locum Nundinarum, quamuis id cedat in vtilitatem campſarij: poterit tamen campſor ſi

voluerit ex beneuolentia, & charitate illas recipere: quia sicut in Bulla Pij V. non prohibetur campsoribus, quin dare possint maiores dilationes campsarijs, si tamen id fiat absque maiori lucro ipsius campsoris, ex Nauar. in Man. cap. 17. n. 301. ita iniustum non erit si rationibus supradictis campsor iuri suo cedendo pecunias cambitas recipiat extra tempus, & extra locum Nundinarum; Lucrum autem cambij recipiet; quia campsor pecuniam absentem pro præsente emit, quæ pluris valet, quam absens, licet per accidens in loco Nundinarum non soluatur; illam enim exposuit, & periculis, & expensis, & laboribus cambiorum consuetis.

Campsores scientes campsarium soluere non posse in Nundinis, non possunt facere protestationes consuetas, remittētes litteras cum nouis prouisionibus; an vero possint excusari titulo lucri cessantis, aut damni emergentis &c. videatur Salon. de cambijs q. 4. art. 2. & 4. controu. 3. art. 4. controu. 14. & 20. art. 8. Lessius de Iust. & Iure cap. 23. dub. 9. n. 82. 83. Ioannes Salas de cambijs dub. 22.

Campsor obligans campsarium ad soluendum in tali loco, in quo campsor ipse plus lucratur, facit contra iustitiam, & sic præter mortale peccatum, tenetur etiam ad restitutionem illius maioris lucri; Si vero campsor campsario dicat, Ego non te compello, tu videris, magis mihi prodest solutionem habere in tali loco, quam in alio, non facit contra iustitiam. Salonius de cambijs controu. 11. n. 2. & controu. 13. n. 2. & controu. 14. n. 10. Lessius de Iust. & Iure lib. 2. cap. 23. dub. 7. n. 65. Ioannes Salas de cambijs dub. 39. n. 2. & dub. 43. Idem ferè deducitur ex Bulla Pij V. in qua dam-

nantur

nantur conuentiones, promissiones, & pacta.

Campsor conferens pecunias campsario post Nundinas statim, & antequam consueuerint conferri, non potest ratione anticipatæ solutionis recipere aliquid supra iustum pretium: nec campsarius soluendo ante præfixum terminum Nundinarum, soluere debet minus iusto cambiorum pretio. Salonius de cambijs, controu.2.art.4.n.3.& quæst.3.art.vnico n.11.& controu.22.n.5.

Campsor emens pecuniam absentem minoris, quam valet, notabiliter peccat, & tenetur ad restitutionem illius partis. Nauar. in Man. cap. 17. n. 299.

Canonici Ecclesiæ Cathedralis possunt esse Regularium conseruatores. Aloysius Riccius prax. aureæ resolut. 349.

Canonicus supernumerarius auctoritate Papæ creatus, habet stallum in Choro, & vocem in Capitulo. Riccius prax. aureæ resolut. 263.

Canonicus in Choro existens, nec cum alijs cantans, non lucratur distributiones quotidianas. Limita primo, nisi consuetudine præscripta haberet Hebdomadarios canentes. Secundo si non cantat ex iusta causa ordinata ad recitationem, & cantum Chori, scilicet quærendi psalmos, & antiphonas. Tertio si minimam partem canendi omittat. Quarto si ex vocis defectu, & impedimento non cantet. Riccius prax. aureæ resolutione 362. Ludouicus Beia respon. casuum conscient. Bonon. parte 1. cas. 45.

Canonicus, qui nõ interest horis diuinis absque causa, præter amissionem distributionum, peccat mortaliter. Riccius prax. aureæ resolut. 363.

Canoni-

Canonicus nothus, siue spurius non habet vocem in Synodo. Sacra Congregatio Concilij.

Canonici indebite carcerati, sed absoluti, lucrari debent distributiones quotidianas pro tempore carcerationis. Sacra Congregatio Episcoporum 5. Decembris 1600. Vicario Auellini.

Canonici Missam in eadem Ecclesia celebrantes, debent haberi pro præsentibus in Choro. Sacra Congregatio Episcoporum 3. Septembris 1601. Episcopo Andriæ.

Canonici tenentur recitare matutinum cum alijs horis canonicis in Choro, non obstante quacumq; consuetudine. Sacra Congregatio Episcoporum 3. Ianuarij 1584. Episcopo Nicastri.

Canonici cathedralium nõ recitantes horas collegialiter in Choro, peccant mortaliter, nec absoluendi sunt, nisi aliqua iusta causa excusentur. Nau. cons. 13. de Celeb. Missar.

In Canonizatione Sanctorum, an Ecclesia possit errare, negatiua sit conclusio. Cap. A Nobis. 2. de sent. excom. Glossa in cap. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, Caietanus in opusc. tractatu 15. cap. 9. D. Thomas quolibeto 9. quæst. 2. art. 16. Augustinus Triumphus de potestate Ecclesiastica quæst. 14. & quæst. 17. art. 4. Couaruuias Variarum resolutionum lib. 1. cap. 10. n. 13.

Canonizati pro Sanctis ab Ecclesia sunt in gloria. D. Thomas, loco præcitato.

Canonizationi Sanctorum, quæ sint necessaria. Andreas Molfesius, cons. 46.

Capitulo seu Collegio restituendum, potest restitui tempore, quo desunt in eo multi, quorũ tempore cœpit deberi, quod est restituendum. Nauar. cons. 1. de crimine falsi.

Capi-

Capitulum, & consilium dicitur quando habentes suffragium, & voces coguntur, & congregantur in locum vnum: alias electio, & deliberatio facta dicitur sententia particularis singulorum, non autem determinatio Capituli, & consilij. Sanchez parte 1. in Decalogum lib. 2. cap. 43. n. 16.

Capitulum sedis vacantis eligere debet Vicarium Doctorem, si tamen existant Doctores in Capitulo, & electum amouere potest ad libitum, alio electo tridui spatio. Sacra Congregatio Concilij.

Capituli potestas residet penes præsentes, licet alij vocati non accesserint, & Capitulum committere potest vices suas. Aloysius Riccius praxis aureæ resolut. 280. 281.

Capituli minor pars resistere potest maiori parti facienti aliquid à iure reprobatum, & potest protestari. Aloysius Riccius praxis aureæ resolut. 249.

Capellanus ægrotans toto anni spatio potest excusari per bimensem tantum à Missis celebrandis singulo anno, occasione infirmitatis. Emmanuel Rodriquez in summa cap. 251. conclus. 3. Prax. Archiepisc. Neapol. cap. 56. Nau. consi. 7. & 25. de præbend., & dignit.

Capto licet (in foro conscientiæ tamen) fugere de carcere sine violentia, & fractione. Nauar. consi. 58. de sent. excommunic.

Carceratus indebitè lucratur distributiones quotidianas. Sacra Congregatio Concilij decis. 34. & 134.

Carceris perpetui pœna quibus de rigore imponenda in Sancto Officio. Farinacius quæst. 193. n.

29. & 103. Simanca de Catholicis institut. titulo 47.n.35.Pegna comment.46.tertiæ partis Directorij Inquisitorum,& comment.142.& 145. eiusdem partis.

Cardinalis verbo creditur. cap. cum olim. De priuilegijs. Intelligitur quoad Iurisdictionem illius. Rota antiqua, decis.33. de probationibus.

Cardinali asserenti, se talem commissionem habere à Papa, creditur tribus concurrentibus: Primum, quod testetur de sibi commissis à Papa. Secundum,quod sint solita concedi. Tertium, quod non vergant directè in aliorum præiudicium, sed indirectè tantum per quandam consequentiam. Nauar. cons. 11. de Testamentis.

Cardinalis obuians homini ad mortem ducto,& pileum eidem imponendo,non potest illum à morte liberare. Plaza Epitom. delict. cap. 34. Remigius Gonneus de immun.Ecclesiarum V. si obuiauit Cardinali.

Cardinales Rauennates, hoc est, insigniores Canonici illius Ecclesiæ, fuerunt priuati titulo Cardinalis à Paulo III.1549. & Canonici quidam Compostellæ vocantur Cardinales, eo quod ipsi soli celebrant in Altari proximo corpori Sancti Iacobi Apostoli. Temporibus Gregorij magni; & Pelagij primi Sacerdotes primarij Ecclesiarum nobilium vocabantur Cardinales. cap. Pastorali, 7. quæst. 1. Azorius instit. moral. parte 2. lib. 3. cap. 11. quæst.2.

Cardinales hoc nomine primò appellati fuerunt à Sancto Syluestro Papa, qui suos ministros Cardinales vocauit 2.quæst.5. Canone Præsul.

Casus,in quibus traduntur brachio seculari delinquen-

linquentes apud Sanctum Officium in primo lapsu. Farinacius quæst. 193. n. 39. Bulla Gregorij XV. contra Lamias, & Maleficas.

Casus fortuitus est inopinatus rei euentus, qui præuideri non potest etiam à diligentissimo. Bonacina de contractibus disp. 3. quæst. 1. puncto 6. num. 21.

A casibus reseruatis per Sanctam Sedem post concessionem priuilegiorum Regularibus factam, Superiores illorum possunt suos subditos absoluere; nisi in reseruatione derogetur expresse priuilegijs iam concessis. Emmanuel Rodriquez quæstionum regular. tom. 1. quæst. 20. art. 8.

Casus non reseruatus in vna diœcesi, si illius incola venerit ad aliam diœcesim, vbi sit reseruatus, non poterit absolui, nisi à Confessario auctoritatem habente reseruatorum. Zerula prax. Sacrament. pęnitentiæ. cap. 13. quęst. 42. & cap. 15. quęst. 8. vbi contradicit sibi. Marcellus Megala instruc. Confessar. lib. 1. cap. 13. n. 8. & 31.

Casum nullum Prælati Regulares possunt sibi reseruare, pręter contentos in Decreto Clementis VIII. neq; possunt illis excommunicationem addere, sicuti nec alijs casibus non comprehensis in Decreto, & faciles esse debent in absolutione concedenda, præsertim diebus solemnioribus. Homobonus cas. reseruat. parte 1. cap. 3.

Casus reseruati absolutio à Pręlato Regulari petita, & ab illo negata, intelligitur pro illa vice concessa. Emmanuel Rodriquez in summa tom. 1. ca. 55. n. 11. Coriolanus casuum reseruatorum parte 1. sect. 1. art. 17.

Catholicus potest ex iusta causa vestibus, signis, & lin-

& lingua infidelium vti, dummodo hæc non sint à lege, aut ex consuetudine instituta, causa distinguendæ Religionis; potest etiam ex iusta causa diebus vetitis vesci carnibus, quia id non est per se hæresis, aut infidelitatis nota, aut professio; etsi hæretici hoc trahant ad hæreticæ perfidiæ signum. Potest etiam ex iusta causa adire hebræorum sinagogas, & Turcarum Moschitas, cessante catholicorum scandalo, & propriæ subuersionis periculo, nec in cæremonia aliqua heretica communicando. Sanchez. in decal.p.1, lib.2, cap.4.n.16. 17. 22. 25. 26.29.

Causæ cognitione mandata, non censetur mandata definitio, Iacobus Menochius cons.725.n.2.

Causæ spectantes ad Sanctum Officium. Rictius decis.671.

Causa proxima, non autem remota est attendenda. cap. De cætero, & cap. Exhibita, De homicidio. Clarus §.fin.quæst.47. nec remota in homicidio inducit irregularitatem. Nauar. cons.31. de sent. excommunic.

Causa impulsiua, & incitatiua est illa, sine qua non fieret actus, modo principalius ille fiat ob aliã causam, quàm ob illam. Diuus Thomas quol. 8. art.2.& Nauar.cons.23. de Simonia.

Causæ multę in priuilegio positæ ad operandum aliquem effectum copulatiuę, sufficit, vt vna illarum sit vera, quæ illum operari possit. Nauar. cons.20. de pœnit.& remiss.

Celebrantes coram excommunicato publico, aut interdicto, vel eum admittentes ad diuina, sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ per mensem. cap. Episcoporum de priuilegijs in 6. Nauar. in Man. cap.

27.n. 157. Sayrus de censuris lib.4.cap.15.n.7.

Celebrans in Altari interdicto fit irregularis cap.Is, qui, de sent. excom. in 6. Nauar. cons.2. de sent.excom.

Census non est soluendus cessantibus fructibus; intelligitur, si cessent per se,non autem si per accidens pro aliquo tempore in toto,aut in parte, quia emptio census est ius emptum in fructus,non actualiter, sed possibiliter extantes. cap. Quod per nouale. De verborum significatione. Ludouicus Beia cas.conscient.Bonon.parte 3.cas.31.33.

Census impositio cum pacto, quod venditor teneatur illum redimere infra quatuor annos, vsuraria dicitur, nisi in instrumento adsit protestatio, quod pacta non apponenda pro non appositis habeantur. Farinacius decisionum Rotæ Romanæ decis. 10. 19. 43. 132. 154. 176. 189. 190. 89. Ludouicus Beia casuum disputatorum Bononiæ parte 1. cas. 25. Nauar. cons. 34. de vsuris.

Census constitutus,& celebratus absq; numeratione actuali totius pecuniæ in ipso instrumenti actu, nullus est ex Bulla Pij V. conditione 2. Salonius de censibus art.3.controu.8. Ludouicus Molina de contractibus disp. 390. Nauar. comment. de vsuris 88. 121. Martinus Bonacina de contractibus quæst.4. puncto vnico num. 21. Farinac. Rotæ Rom.decis.43.89.124.132.189.190.254.333.

Census vero si constitueretur super verum, & reale debitum iuste, & legitime contractum pro iusto, & integro pretio; & nulla fraus,vis, aut dolus intercederet, nec venditor ad venditionem fuisset coactus ob anticipatam solutionem, aut vilius venderet, & ab emptore census nihil reciperetur

tur vltra sortem debitam, vel ob morosam solutionem: talis contractus sustineri posset in foro poli, etiamsi tota pecunia non fuisset actu numerata coram testibus, & Notario. Nauar. Molina, & Salonius præcitatis locis. Farinacius decis. Rotæ Rom, decis. 132. 189. 190. Nauar. cons. 1. emptionis, & venditionis n. 3. Salonius de contractibus t. 2. de censib. art. 3. contr. 7. 8.

Census est redimendus eodem pretio, & eodem valore monetæ, quo fuit constitutus, & pensio in eadem moneta soluenda, cap. Olim, cap. cum Canonicis de censibus. Cap. Nauiganti, de Vsuris. cap. quanto de Iureiurando. Canonistæ ibidem, Paulus Comitolus respons. moral. lib. 3. q. 44. Syluester Vsura 1. quæst. 14. Nauar. de cambijs n. 49. 50. & in Man. cap. 17. n. 294. Salonius de cambijs controu. 4. Ioannes Salas de censibus dub. 24. Dominicus Soto de Iust. & Iure lib. 6. quæst. 12. art. 5. conclus. 2. Purpuratus cons. 522. Emmanuel Rodriquez in summa parte 2. cap. 107. conclus. 9. Emmanuel Sà Aphor. Confess. debitum 1. 2. 3. Grillenzonius consil. 89. Syluester. Gabella 2. quæst. 18.

Census est vsurarius, quādo venditor cogi potest ad illum redimendum. Farinac. decis. 84. & 92. Rotæ Romanæ.

Census pretium iustum est illud, quod lege, vel communi vsu fori fuit taxatum iuxta Bullas Calixti III. Nicolai V. & Gregorij XIII. Leonardus Lessius de censibus dubitat. 14.

Census pretium lege taxatum absq; irritatoria &c. non est restituendum pretium census, sed supplendum est pretium, & interesse, quod obuenit venditori ex pretio diminuto: contrahentes enim

habue-

habuerunt intentionem vendendi, & emendi ius ad illos fructus, & pensiones: vt si quis agrum emeret minoris &c. non teneretur restituere fructus, sed pretium supplere. Lessius de censibus dub. 15. ius autem colligendi fructus emitur in illa quantitate, quæ respondet, & commensuratur quantitati pecuniæ exbursatæ, & ratio habenda est colligendorum fructuum, non valoris fundi. Salonius de censibus art. 4. controu. 2. & art. 3. controu. 10. 11. Bonacina de contractibus disput. 3. quæst. 4. puncto vnico.

Census soluendus non est, quando causa illius ignoratur. Syluester Gabella 2. quæst. 6.

Choreas ducere mortale peccatum est, si ducantur modo lasciuo, & impudico, aut ex mala intentione, aut cũ probabili periculo libidinis. Azorius instit. moral. parte 3. lib. 3. cap. 26. Nauar. consil. 6. de Pęnitentijs, & Remissionibus.

Choreas ducere ex se non est peccatum. Sacra Congregatio Episcoporum 8. Maij 1584. Cardinali Sanctæ Praxedis, idest Sancto Carolo. Actus vero à fine specificatur ex D. Th. erit ergo finis attendendus, ob quem ducuntur choreæ.

Choro interesse non tenentur habentes maiora negotia. cap. Sancta dist. 92. D. Thom. 2. 2. quæst. 91. art. 2. in responsione ad 3. Martinus Bonacina de horis canonicis disp. 1. quæst. 3. puncto 4. n. 9.

Citatio partis necessaria est in processu. Fallit quãdo certum est, nullã competere defensionem citando; vel cum certum est, talem actum impediri non posse à citando: fallit etiam in sententijs excommunicationis generaliter latis pro culpis futuris impediendis, præteritis emendandis, & occultis

indicandis cap. 2. de constit. Nauar. cons. 25. de sent. excommunic.

Clausulæ solitæ apponi habentur pro appositis. Nauar, cons. 1. de homicid.

Clausula derogatoria, quid operetur. Passarellus in notandis priuileg. Mendicantium cap. 8.

Clausuram Monialium ingredi non possunt infantes masculi, vel fœminæ, cuiusuis ætatis. Sacra Congregatio Episcoporum 12. Februarij 1585. Episcopo Cremæ. Comitolus respons. moral. lib. 6. quæst. 22.

Clericus, qui horas recitare non valet, nulla eget dispensatione. Nau. cons. 15. de celebrat. Missarum.

Clericus suspensus, excommunicatus, vel interdictus non perdit fori priuilegium, quia requiritur, vt hoc exprimatur in Iure. Glossa cap. vltimo, de Iurepatronatus; nullus vero textus id dicit, immo requiritur, vt præmissa trina monitione sit incorrigibilis. cap. cum non ab homine. de Iudicijs, & cap. si Iudex, de sent. excom. in 6. cap. perpendimus, & cap. in audientia nostra. de sent. excom. Nauar. cons. 17. de Priuilegijs. Siluester V. Clericus. Sayrus de Censuris lib. 2. cap. 10. n. 15.

Clerici, & Regulares non incedant personati, nec intersint choreis laicorum. Sacra Congregatio Episcoporum 5. Februarij 1585. Episcopo Ferrariæ.

Clericus degradatus puniri debet iuxta modũ, & formam Curiæ secularis, non autem iuxta modum, & pœnas Curiæ Ecclesiasticæ. Vincentius Francus decis. 571. quartæ partis.

Clericus in Sacris constitutus potest exercitia alias honesta exercere, ad se, suosq; sustentandos.

Glossa

Gloſſa in cap. Peruenit diſt. 87. Nauar. conſ. 3. de ſucceſſione ab inteſtato. Prax. Archiep. Neapol. cap. 77. Ludouicus Molina diſp. 342.

Clericus damnatus ad Remum perpetuum priuandus eſt beneficio. Riccius deciſ. 690. fori Eccleſiaſtici.

Clerici curam animarum non habentes, non tenentur accedere ad Congregationes caſuum conſcientiæ. Sacra Congregatio Concilij.

Clericus beneficiatus nō poteſt ad ſtudium proficiſci abſq; licentia ſui Ordinarij, Aloyſius Riccius reſolut. 223. & 264. prax. aureæ.

Clericus, & Religioſus minus puniendus eſt, quam laicus, propter merita præcedentia. Vmbertus Locatus prax. Iudiciaria Inquiſitorum, Verbo Clericus. Clarus §. fin. q. 64. verſ. ſed an Clerici.

Clericus dimittens habitum ex ſe, & ad tempus poteſt illum reaſſumere iure communi, abſq; licentia Ordinarij, & gaudebit Priuilegio fori. Aloyſius Riccius deciſ. 169. ſecundæ partis.

Clericus aſſaſſinus puniri poteſt per Iudicem laicum etiam ſine degradatione. Vmbertus Locatus, prax. Iudiciaria Inquiſitorum, Verbo. clericus.

Clerici omnes de graui crimine diffamati remouendi ſunt totaliter ab Eccleſia, præſertim ſi dederint cauſam infamiæ, & tunc ab officio, & beneficio paſſim ſuſpenduntur. Farinacius conſ. 25. n. 20. 30. 58. 62.

Clerici non conuicti, nec confeſſi de ſodomię vitio, ſed tantum grauiter ſuſpecti, priuantur beneficijs. Farinacius conſ. vbi ſupra, & parte prima fragmentorum n. 68.

Clericus, vt fori priuilegio gaudeat, requiritur, vt beneficium Ecclesiasticum obtineat, aut incedat in habitu, & tonsura. Aloysius Riccius decis. 607. Sacra Congregatio Concilij. Et si non incedat priuatur eo ipso absq; monitione. Comitolus responsorum moral. q. 20. lib. 6. Paulus Fuscius singular. Iuris littera C. n. 122.

Clericus beneficium simplex habens cogi non potest ad faciendum residentiam in diœcesi. Aloysius Riccius decis. 598.

Clericus quomodo possit disponere de bonis suis, & de fructibus beneficij. Andreas Molfesius cons. 23.

Clericus adscriptus alicui Ecclesiæ, licet non habeat beneficium residentiam requirens, locum non deserat inconsulto Episcopo, prout cauetur sessione 23. cap. 16. Concilij Trident. Et ita respondit Cardinalis Vicecomes de mente Congregationis Concilij Christophoro Migliorino Clerico Laudensi, quas litteras ego ipse legi. Vide Bullam Pij V. Cupientes 8. Iulij 1569.

Clericus hæreticus quomodo, & quando beneficijs sit priuandus. Farinacius fragmentorum criminalium parte 1. n. 355. fol. 59.

Clericus gaudet immunitate Ecclesiastica de Iure, sed de consuetudine contrarium seruatur. Clarus §. finali quæst. 30. vers. vlterius. Azorius instit. moral. parte 2. lib. 9. cap. 9. quæst. 9. Siluester immunitas 3. quæst. 3. Prax. Archiepis. Neapolit. cap. 22. n. 11. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Ecclesiæ immunitas n. 4. Suarez tom. 1. de Religione lib. 3. cap. 10. n. 5. 6. 7. 8. Riccius decis. 89. partis secundæ.

Clericatus assumptus post commissum delictum in

in fraudem fori laici,non impedit quin Iudex Laicus possit procedere contra eius bona. Couaruuias tom. 1. cap. 33. Farinacius conf. 77. item quæst. 8. n. 204. & 107. Plaza in Epitome delictorum cap. 35. Praxis Archiepiscopalis Neapolitana cap. 9. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Clericus 9. Clarus §. fin. quæst. 35. n. 38. Aloysius Riccius resol. 59. prax. aureæ. Quidam ex his citatis id negant. Adsunt Bullæ duæ Syxti V. Vide V. obnoxij Criminosi.

Clericus post commissum delictum, & repertus in fragranti potest à Iudice Laico, & à quolibet capi ad effectum ducendi illum ad Iudicem Ecclesiasticum, vbi de fuga sit suspectus: potest etiam capi pro delicto futuro; nec carceratus retineri potest plusquam viginti horas, & ab eo possunt arma auferri, nec debent restitui ante sententiam Iudicis Ecclesiastici: quilibet enim dicitur habere mandatum à lege capiendi Malefactorem. Farinacius quæst. 8. n. 116. 117. 118. 120. 122. Prax. Neapolit. cap. 92. n. 6. oppositum sentit: Nauar. conf. 44. de sent. excom. & 17. de Priuileg. partem affirmatiuam sequi videtur, prout etiam Couaruuias tom. 1. cap. 33. in fine. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Clericus n. 5. Ludouicus Molina de Iust. & Iure disp. 49. n. 21. Butrius conf. 80.

Clericus ad officium sæculare per Principem laicum assumptus, si delinquat in officio, non poterit de iure puniri à Iudice laico. Farinacius quæst. 8. n. 98.

Clericus coniugatus gaudet fori priuilegio, si virginem duxerit, si tonsuram, & habitum deferat, & alicui Ecclesiæ inseruiat de mandato Episcopi. Farinacius quæst. 8. n. 6. Ludouicus Molina disp. 49. n. 17.

Clericus potest per Iudicem laicum puniri, quia priuilegium fori amittit, si enormitatibus se immisceat, & in ipsis deprehendatur, licet non fuerit prius monitus; requiritur tamen quod sine tonsura, & sine habitu incesserit: vbi autem sit morte afficiendus, debet prius actualiter degradari, nisi ipsius delicta essent in Reipublicæ graue præiudicium, ita ut æquissimum esset absq; degradatione illum punire, vel nisi expectatio Ecclesiastici Iudicis pro degradatione, causa esse posset impunitatis, & libertatis. Idem dicendum est de Clerico incorrigibili, videlicet cum iam fuit depositus, & excommunicatus, nec habet Ecclesia quid amplius contra illum faciat. Farin. quæst. 8. n. 29. 47. 49. 54. & 55. vbi monet, necessario requiri, quod Clericus pluribus enormitatibus se immiscuerit, quod sit inueteratus, & perseueret. quæst. eadem n. 57. 58. Vide Nauar. consi. 17. de priuil. vbi oppositum defendit.

Clericus fori priuilegium non perdit, si tempore delicti habebat habitum, licèt ante, vel post, illum non gestauerit: vnica namque habitus omissio non priuat priuilegio fori, est enim necessaria tanta perseuerantia omissionis habitus, vt publicè existimetur pro laico. Ibidem Farinacius n. 66. 67. 74. 82. 84. Nauar. de Priuilegijs consi. 17. cap. cum ab homine, de Iudicijs, & cap. Perpendimus, de sent. excom.

Clerici, & Monachi in sacris constituti possunt esse tutores. Iacobus Menochius consi. 1220.

Clerici quo iure sint exépti à iurisdictione Principis sæcularis. Petrus Cenedus collectaneo 37. & 57. ad Decretum, & collect. 2. ad Decretales.

Cleri-

Clericum, aut Religiosum detinentes in aliquo loco, licet sine offensione personæ, nec ipsum tangendo, sunt excommunicati. cap. Nuper. de sent. excommunicationis, & cap. Definiuit 17. quæst. 4.

Clericus concubinarius eo ipso non est suspensus, excommunicatus, & irregularis. cap. quæsitum. de cohabitatione Clericorum, & Mulierum. Nauarrus in Man. cap. 16. n. 20. Sayrus Clauis Regiæ lib. 8. cap. 2. n. 16. Azorius instit. moral. parte prima lib. 7. quæst. 16. Paulus Fuscius singul. iuris n. 110. 129. 130. littera C.

Monitus ob ordinario prima vice, nec se corrigens priuatur ipso facto tertia parte fructuum beneficiorum, & pensionum. Monitus secunda vice, nec resipiscens amittit eo ipso fructus omnes, & suspendi debet arbitrio Ordinarij à Sacramentorum administratione. Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 14. de Reformat. & sess. 22. de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ. Grillenzonius cons. 19. Azorius instit. moral. parte 3. lib. 3. cap. 6.

Clerici concubinarij Missa audiri potest, & Sacramenta ab eodem recipi possunt, donec pro tali fuerit per superiorem denunciatus, & publicatus. Petrus Cenedus collectan. 19. ad Decretum, & collectan. 34. ad Decretales. Nauar. de Pœnitentia dist. 6. cap. 1. §. Laboret, & §. Sacerdos. Azorius institut. moralium parte 3. lib. 3. cap. 6. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Verbo. Missæ auditio n. 9. Enriquez theologiæ moralis lib. 13. cap. 5. n. 3. Lactantius Finellus cas. reser. cas. 11. n. 13. Zerula praxis Sacramenti Pœnitentiæ cap. 19. q. 17. Paulus Fuscius singularis iuris, in littera C. n. 10. Rodriquez in summa cap. 1. 2. & 3. concl. 10. Grillenzonius cons. 19.

Couarruuias Clementina si furiosus §.1.

Clerici non possunt deferre arma. Paulus Fuscius singular. iuris littera C.n. 119. neq; cum licentia sui Ordinarij. Riccius decis.650. praxis fori Ecclesiastici. Oppositum est verius, vt cum licentia Ordinarij pro graui necessitate illa gestare possint, & ita seruatur vbique.

Clericus non potest negotiari lucri causa per se ipsum, potest tamen per alium honestè negotiari. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Clericus n.20.21. & faciens vetita iure humano non peccat mortaliter, cessante contemptu, scandalo, & graui pœna legi apposita.

Clericus propter homicidium non priuatur ipso iure beneficijs. Farin. Rotæ Rom. decis. 236.

Coadiutor Curati, cui, & quando dandus. Grillenzonius cons. 5.

Cogens fœminam ingredi Monasterium excommunicatus est vnà cum consulentibus secuto effectu. Nauar. cons. 55. & 56. de sent. excommunic.

Cognatio ex confirmationis Sacramento contrahitur tantum inter confirmantem, confirmatum, illius Patrem, & Matrem, & tenentes. Sacra Congregatio Concilij.

Collectas, taleas, & onera imponentes personis Ecclesiasticis sunt eo ipso excommunicati. cap. Clericis, de immunitate Ecclesiarum.

Coloni bonorum Ecclesiasticorum iussi à Principe temporali, tenentur soluere onera perpetua, necnon onera temporalia; si tamen hæc temporalia necessaria, & vtilia sint tam Clericis, quam Laicis: Si autem causa, ob quam fuerunt imposita, non sit simpliciter necessaria, tenentur ex quadam pietate

tate, de consensu tamen Summi Pontificis, vel Ordinarij loci. cap.non minus, de Immunitate. Silvester, Immunitas. Emmanuel Sà Aphor.Confess. Gabella num. 14. Salonius de contractibus tom.2. quæst. 78. art. 5. controu. 2. Azorius instit. moral. parte 1.lib. 5. cap. 13. Item parte 3.lib.5.cap.19. quæst. 8.9. 10. & cap.20.quæst. 2.3. Graffius decisionum aurearum parte 1.lib.2.cap.125.n. 22. 28. Fictabiles autem,& Agricolæ partiarij prædiorum Ecclesiasticorum,non sunt exempti pro sua portione à solutione Gabellæ. Azorius, & Graffius vbi supra. Purpuratus cons. 594.

Commercium cum hæreticis est omnino vetitum. Farinacius quæst.182.n.165. & eis communicantes sunt ipso facto excommunicati,& suspecti de hæresi.cap.sicut,de Hæreticis. Nec excusantur negotiationis causa, neque litteras recipere possunt. Aliquando tamen permittitur conuersatio pro bono animæ ipsius hæretici, vbi nullum conuersanti immineat periculum. Vide hunc librum Verbo Hæretici. Nauar. cons.1.de constit. quæst. 23.24.27.28.29.cons.1.15.16.de Hæreticis. Man. confess. cap. 27.n.55.Farin.quæst. 182.n.12.

Commercium haberi potest cum hæreticis notorijs,& manifestis, si tamen non fuerint denunciati in particulari pro excommunicatis. Nauar. Miscellaneo 47.de Oratione:in Man. cap. 27.n. 35.& 55.Item cons.1.15.16.de Hæreticis,& 15.de penit. & remiss.& cons.1.de Constitutionibus quæst. 23. 24.27.28.29. & cons. 3.de sent. excom. 13. & 24. 40.53.57.61.65.& cons.1. de verb. signif. Franciscus Pegna comment.76.77.78.80.2.par. Directorij Inquisitorum. Farinacius quæst.182.n.12.161. 163.

163.164.& quæst.197.n.47.48.51.53.Hodie tamen adest Bulla Greg. XV. 1622.2.Iulij.Vide Hæretici,vel Habitare.

Communicatio Priuilegiorum inter Regulares. Passarellus in notandis priuileg. Mendicantium cap. 4.

Comparatio litterarum in criminalibus,& ciuilibus,quid, & quantum operetur. Farinacius parte 1.fragmẽtorum criminalium,folio mihi 67.68.

Compensatio quando possit, & debeat habere locum. Ludouicus Molina tom. 3. de Iust. disp. 691.

Conatus ad delinquendum puniri debet, cap. si forte, de pęnit. dist. 1. fallit quoad censuras impositas contra facientem, quæ non feriunt facientem conatum. Felinus in tractatu. An conatus puniri &c. fallentia 6.

Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ vtraq; pars credi,& sustineri potest,nimirum quod fuerit concepta cum originali peccato,& non concepta: verum in actibus publicis, seu priuatis non est asserendum fuisse conceptam cum peccato originali,& Sixtus IV.Bulla secunda extrauagãtium communium de Reliquijs, & veneratione sanctorum, excommunicat asserentes, peccare mortaliter, vel esse hæreticos credentes Beatissimam Virginem sine originali peccato conceptam,& è contra.Quam Constitutionem confirmauit Concil. Trident. sess. 5.cap. 1.

Adest Bulla Pij V. relata à Stephano Quaranta in summa Bullarij Verbo Conceptio, in qua præcipitur vt in concionibus nulla harum opinionum damnetur, nec pietatis, aut necessitatis prætextu

vulgari

vulgari sermone scribatur, aut dictetur, pœna suspensionis à diuinis ipso facto imposita, cum priuatione dignitatum, & officiorum, & inhabilitatis in perpetuū. Adest primum decretum Pauli V. 6. Iulij 1616. Vide Naldum in qu. pract. V. prædicare n. 7.
Adest etiam Pauli V. Pontificis Maximi alterum decretum die 31. Augusti 1617. emanatum, quo prohibetur, ne in concionibus, sermonibus, cōclusionibus, & actibus publicis dicatur, & sustineatur, Beatissimā Virginem, cū originali peccato fuisse conceptam, quodq; in actibus publicis hæc opinio affirmatiua non impugnetur, nec aliquo pacto de ea agatur, & tractetur sub pœnis constitutionum Sixti IV. & Pij V.

Adest etiam decretum Gregorij XV. 24. Maij 1622. publicatū, quo decretum Pauli V. extenditur ad Sermones, & ad scripta priuata, in quibus nullo modo licet agere, aut tractare, quod Beata Virgo fuerit cum peccato originali concepta, sub pœnis contentis in decreto Pauli V.

Concilium prouinciale ex declaratione Gregorij XIII. 8. Martij 1582. ligat exemptos in ijs casibus, in quibus de iure communi, & ex Concil. Tridentino Episcopis tributa est potestas specialiter: & remedijs iuris contra inobedientes procedere possunt. Prax. Archiepisc. Neapolit. cap. 89.

Conciones hæreticorum audientes sunt de hæresi suspecti. Farinacius quæst. 182. n. 115. 116. 117. Vide hunc librum, Verbo hæreticorum conciones.

Concubinarij non sunt absoluendi, nisi prius cōcubinam abiecerint, quia non possunt vere pœnitere, nisi abscindendo occasionem; nec possunt cohabitare,

bitare, nisi cum grandi periculo, quin alter, aut ambo cogitatione, delectatione, verbis, & opere peccent, iuncto viciniorum scandalo. Concilium Trident. sessione 24. cap. 8. de Reformatione. Nauar. in Man. cap. 3. num. 14. 19. & cap. 14. nu. 31. & cap. 16. num. 20. 21. Azorius institut. moral. parte 3. lib. 3. cap. 6. Ludouicus Beia cas. conscient. Bonon. parte 1. casu 14.

Conductor bonorum iure communi non tenetur nisi de culpa lata, & leui, non autem de leuissima, & de omni casu fortuito: quæ si deduceretur in pactum contractus, non esset licitus, sed præsumeretur vsurarius. Nauar. consil. 33. de vsuris.

Confessarius absoluere potest mulierem, cum qua peccauit, sed non debet. D. Thomas 4. sententiarum dist. 19. quæst. 1. art. 3. ad primum. Non debet, quia tollitur erubescentia, si tamen absoluit vere absoluit. Siluester Confessor 3. quæst. 5. cap. omnes, & cap. Sacerdos 30. q. 1. Confessarius absoluens meretur deponi. Nau. consl. 1. n. 8. de hereticis.

Confessarius Monialium subiectarum Regularibus non est examinandus ab Ordinario. Azorius instit. moral. parte 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. Hodie tamen ex decreto Gregorij XV. cessat hæc doctrina, quia Confessarij Monialium Regularium examinari, & approbari debent ab Ordinarijs locorũ.

Confessarius habens facultatem absoluendi à casibus reseruatis, potest absoluere à casibus reseruatis subditum alterius Episcopi ad se accedentem. Nauar. consl. 14. de pęnit. & remiss. in Man. cap. 27. n. 262. Vide hunc librum, Verbo Absoluere. Comitolus resp. mor. lib. 1. q. 28.

Confessarius rem habens cum fœmina, cuius cõfessio-

fessionem aliquando audiuit, an teneatur istam circunstantiam confiteri, videlicet, cum illa rem habuisse, alij affirmant, alij negant. Azorius instit. moral. parte 3. lib. 3. cap. 9. quæst. 9. Sanchez de Matrimonio tom. 2. lib. 7. disp. 55. Bonacina de Matrimonio quæst. 4. puncto 16. propositione 5. Emmanuel Sà, Aphor. Confes. Confessio 25.

Confessarius absoluens, nec facultatē habens, ab aliqua censura, obliuione, incogitantia, aut ignorantia, non tamen crassa, non incurrit excommunicationem latam contra præsumentem absoluere. Nauar. in Man. cap. 27. n. 73.

Confessarius occasione Iubilęi, aut Bullæ absoluendo aliquem à casibus reseruatis, si talis non fuerit sufficienter contritus, vel saltem attritus, absolutus non erit à reseruatis; quia Papa concedit hoc verè pęnitentibus, cuiusmodi non sunt non contriti, vel attriti. Rodriquez quæstionum Regular. tom. 1. quæst. 21. art. 7.

Confessarij Regulares ex indulto Pij V. de licentia sui Prouincialis semel obtenta, & non sublata, possunt dispensare cum incestuosis, & cum iis, qui post simplex votum castitatis matrimonium contraxerunt, vt debitum petere possint. Rodriquez quæstionum regular. tom. 1. quæst. 17. art. 11.

Confessarij Regulares ex Priuilegio Pauli III. Iesuitis anno 1545. concesso, & ab alijs Mendicantibus participato, absoluere possunt pęnitentes à casibus Papalibus, exceptis contentis in Bulla Cænæ. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 21. Hodie tamen ex Decreto Sacræ Congregationis de mandato Clem. VIII. absoluere non possunt ab alijs quinq; casibus Papalibus in ipso Decreto

creto contentis. Item absoluere non possunt à casibus Papalibus ad forum contentiosum deductis ex vi huius Priuilegij; quod sanè intelligendum est de casibus occultis tantum.

Confessario meliori quisq; confiteri debet. Sanctus Augustinus dist. 6. cap. 1. Id intelligitur de consilio, non autem de præcepto. Ita Nauar. ibidem.

Confessario necessaria est scientia iudiciaria, qua iudicet hominum actiones, quænam sint peccata, quæ non, quæ mortalia, & quæ venialia. Scire debet circumstantias peccatoris, & peccati necessario aperiendas. Hæc scientia non ita est exigenda, vt omnia peccata, excommunicationes, & circunstantias in promptu habeat; sed erit satis, quod audiendo confessiones sciat dubitare de excommunicatione, de reseruatione, de statu, & restitutione, quodque habito consilio, vel recursu ad libros sciat recte iudicare. Nauar. de pœnitentia dist. 6. cap. 1. §. Caueat, n. 20. vsq; ad 31.

Confessarius tenetur interrogare pœnitentem dist. 6. cap. 1. §. diligens de Pœnitentia. Magister sententiarum in 4. dist. 19. quia potest contingere, quod pœnitens ex obliuione, ignorantia, aut verecundia omittat aliquod peccatum necessario confitendum, & ita toties mortaliter peccat Confessarius, quoties non interrogat: cum vero bona fide credit nihil de necessarijs fuisse omissum à pœnitente, non tenetur interrogare. Nauar. vbi supra. Zerula prax. Sacramenti pœnit. cap. 22. quæst. 15. Nauar. cons. 1. de constit. q. 20. & cons. 3. 4. de pœnit. & remiss.

Confessarius intelligendo pœnitentem non precogi-

cogitaſſe peccata, debet illum dimittere, vt benę præcogitet, niſi mors naturalis, aut violenta immineat, vel ſine ſcandalo differri communio non poſſit. Nauar. vbi ſupra.

Confeſſarius audire debet confeſſionem illius, qui dicit, ſe non poſſe abſtinere, & recedere à peccato. cap. quod quidem, de Pęnit. & remiſ. poteſt enim contingere, ſaltem ſi Parochus ſit illius, & tempus Quadrageſimæ, quod confitendo conteratur, & proponat abſtinere, facta præſertim comminatione de non abſoluendo. Nauar. de Pœnit. vbi ſupra.

Confeſſarius, & alij Eccleſię Miniſtri recipere poſſunt eleemoſinas tuta conſcientia dari conſuetas, & ſponte oblatas. cap. ad Apoſtolicam, de Simonia, prima quæſt. 1. canon. quicquid, Azorius inſtitut. moral. parte 3. lib. 12. cap. 3. & 4. Silueſter, Simonia quæſt. 7. D. Thomas 2. 2. quæſt. 100. art. 2. & quolibeto 2. art. 12. & quolibeto 8. art. 11. Zerula prax. Sacramenti Pœnitentię cap. 25. quęſt. 29. Riccius praxis aureę reſolut. 25. Sacra Congregatio Concilij. Religioſus ſubditus, & Prelatus quęſt. 1. cap. 21. §. 2. Nau. conſ. 66. de Simonia.

Confeſſarius legitimè approbatus ab Ordinario, poteſt illius ſubditorum audire confeſſiones, etiam extra propriam diœceſim. Sanchez de Matrimonio tom. 1. lib. 3. diſp. 34. Rodriquez quęſtionum regular. tom. 1. quęſt. 60. art. 5. & in ſumma tom. 1. cap. 60. n. 4. Silueſter, Confeſſor. prima quęſt. 14. Nauar. conſ. 20. de temporibus ordinationum. Religioſus ſubditus, & Prelatus quęſt. 1. cap. 21. §. 2. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Abſolutio, n. 7. Margarita caſuum conſc., Verbo Confeſſio.

Confeſ-

Confeffarius pauper poteft tuta confcientia fibi applicare collata à pęnitentibus, pro reftitutione facienda incertorum. Nauar.conf. 4. de iniurijs, & damno dato, & conf.23. de Voto. & 12. de celebr. Miffarum.

Confeffarij regulares ab Epifcopo non approbati poffunt audire confeffiones fęcularium, qui funt commenfales, & funt verè de familia fui Conuentus, non autem eorum, qui deferuiunt tantum, Sacra Congregatio Concilij.

Confeffarius follicitans Pęnitentes in Confeffione puniendus eft per Inquifitores. Homobonus cafuum referuatorum parte 2. cap. 4. Riccius praxis aureę refolut.440. Francifcus Pegna 2. Directorij parte, Comment.81. Extant Decreta Paulij III. Pij IV. Clementis VIII. Pauli V. & Gregorij XV. Vide compendium, feu Flores directorij Inquifitorum.

Confeffarius audiat peccata referuata, & non referuata, mox abfoluat à non referuatis, tranfmittendo pęnitentem ad Superiorem pro referuatis. Nau, conf.75. de Regularibus dub.23.24.25. & in Man.cap.9.n.7.& cap.26.n.6. Comitolus refponf. moral.lib.1.quæft.29. Riccius praxis aureę refolut. 229. Graffius decif.aureę parte 1. libro 1. cap.13.n. 70. Enriquez theolog.moral.cap.15. Lactantius Finellus de cafibus referuatis cap.10.

Confeffarius Regularis audiens confeffiones abfq; Epifcopi approbatione, priuandus eft perpetuo iure audiendi Confeffiones, & ad tempus eft fufpendendus à celebratione Miffarum. Riccius decif. 146. partis fecundę, & decif. 644. Non tamen per Epifcopum poteft excommunicari. Sacra

Congre-

Congregatio Episcoporum 24. Martij 1597. Archiepiscopo Salerni.

Confessarij confessiones audientes in Ecclesijs censentur præsentes processionibus, & orationibus. Sacra Congregatio Concilij.

Confessarij Regulares in Vrbe possunt absoluere pœnitentes illuc accedentes à casibus suis Episcopis reseruatis. Ludouicus Beia cas. conscient. Bononiæ parte 3. casu 5. Oppositum sentit Nauar. cons. 14. de pœnit. & remiss. & in Manuali cap. 27. num. 295.

Confessarij Regulares Mendicantes possunt absoluere quoscunq; ab omni censura Ecclesiastica, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & alijs quinq; contentis decreto Sacræ Congregationis, & reseruatis ab Ordinarijs locorum: possunt dispensare super irregularitatibus hac occasione contractis, prout Ordinarij, cum suis subditis. Martinus V. ita concessit ordini Sancti Hieronymi Hispaniæ, vt in eius compendio titulo, Absolutio quo ad omnes; & parte 2. Compendij priuilegiorum Clericorum regularium. Passarellus in Compendio priuilegiorum Mendicantium. Ioannes Baptista Confectius. in Compendio priuilegiorum Mendicantium impresso Venetijs fol. mihi 424. Iulius II. Sixtus IV. Innocentius VIII. & Alexander VI. & hoc priuilegium neque per Concilium Tridentinum, neq; per reductionem Gregorij XIII. reperitur reductum, vel abolitum.

Confessarius tenetur inducere Reum morti dãnandum ad veritatem fatendam, nec irregularitatem timere debet, alias illum non absoluat. Ludouicus Beia cas. conscient. Bononiæ par. 1. casu 32.

Confessarij regulares suspendi non debent à cõfessionibus audiendis absq; noua, & legitima causa,quę vrgeat in materia Confessionis. Sacra Congregatio Episcoporum 29. Ianuarij 1585. Episcopo Dertonæ: & 22. Augusti 1593. Archiepiscopo Auenionis.

Confessarij Regulares audientes Confessiones non possunt compelli ad induendum superpelliceum, cum stola. Sacra Congregatio Episcoporum 8. Nouembris 1588. Episcopo Albengæ.

Confessarij Regulares non sunt ad tempus approbandi,sed absq; pręfixione temporis,si tamen sint idonei. Sacra Congregatio Episcoporum 15. Martij 1594. Patriarchę Venetiarum.

Confessarij Regulares ob pęnitentium multitudinem approbari possunt ad tempus, non obstantibus rescriptis, 15. Martij 1594. Archiepiscopo Neapolitano,& 4. Iulij 1594.& 7. Iunij 1594. Patriarchę Venetiarum.

Confessarij approbati possunt iterum examinari,& si reperiantur inhabiles possunt reijci. Sacra Episcoporum Congregatio 7. Septembris 1594. Vicario Apostolico Ciuitatis Castelli.

Confessarij Regulares approbandi generaliter absq; limitatione loci, temporis, & personarum. Verum si petierint,attenta inhabilitate,approbari, id fieri poterit ad tempus. Sacra Episcoporum Congregatio 7. Septembris 1598. Episcopo Dertonę.

Confessarij Canonicis, & Pręsbyteris non sunt pręscribendi, sed libere vtantur approbatis Confessarijs. Sacra Episcoporum Congregatio 15. Octobris 1601. Episcopo Alexandrię.

Con-

Confessarius non est integer testis pro filijs spiritualibus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Farinacius quęst.54.num.198.vsq; ad 205.

Confessarius non tenetur instruere pœnitentem ignorantem aliquam Bullam, aut impedimentum aliquod, quia ipsius non est promulgare Bullas, sed Ordinarij. Nauar.consf.1.de constit.quęst.10.consf. 42.de Sponsal.& 46. de Simonia.

Confessario tenetur pęnitens credere. Nauar. consf.17.de Pęnit.& remiss.

Confessionem audiētes, qui nō sunt Sacerdotes, vel approbati, quibus coercendi penis. Rodriquez quæstionum regular.tom.2.quęst.28.art.1.2. Stephanus Quaranta in summa bullarij. Verbo Ordo, circa finem. Nauar.in Manuali cap.27.n.242.

Confessus Regularibus priuilegiatis, quamuis sine licentia sui Parochi, non tenetur iterum confiteri suo Parocho, & contrarium asserere sapit hęresim. Nauar.Man.cap.27. n. 263. Zerula prax. Sacramenti Pęnitentię cap. 15. quęst.8.

Confiteri plures non possunt simul absq; necessitate. Nauar.in Man. cap. 8. n. 13. Emmanuel Sà, Aphor. Confes. Confessio.39.

Confessio Sacramentalis facit filios spirituales. 30.quęst.1. cap. Omnes. Non tamen contrahitur affinitas, prout in Sacramentis Baptismi, & Confirmationis. Bonacina de Sacramento Matrimonij quęst.4.puncto 16. propositione 5.

Confessio nullo in casu reuelari potest. D.Tho. quolib. 12. quęst. 10.art.16.

Confessio Sacramentalis Regularibus Confessarijs facta, adeo est legitima, ac si pęnitens suo Parocho fuisset confessus, & ita satisfecit obligationi

capituli; Omnis vtriusq; sexus. De Pęnit. & Remissionibus. Vas electionis; De Hęreticis. Et Inter cunctas, de Priuilegijs in extrauag. Nauar. Man. cap. 27. n. 263. 266. Rodriquez quęst. regul. tom. 1. quęst. 60. art. 4. 6. 7. 8. Suarez tom. 4. de Pęnitentia disp. 26. sect. 1. n. 9. 10. 11. Capuccinus à Sorbo in Compend. priuileg. Mendic. Neapoli impresso fol. mihi 45. 48. 49. 62. Quia quoscumq; & vndecumq; aduenientes possunt audire ex Bulla 20. Leonis X. & Pauli III. Bulla 3. apud Ioannem Baptistam Confectium parte 1. Compendij priuileg. Mendicantium: aliter vana, & frustratoria essent Sanctæ Sedis priuilegia Regularibus concessa, quod non est dicendum, prout docet Honorius III. cap. in His; De priuilegijs: quamuis oppositum insinuari videatur in Concilio Prouinciali 3. & Synodo 3. cap. 27. prout legitur in libro Actorum Ecclesiæ Mediolanensis parte 1. pagina 92. & parte 2. Synodi Decreto 27. Concilium Prouinciale vna cum Synodo intelligendum est attento iure communi, hoc est de Confessarijs Parochis, & de Regularibus, nec priuilegiatis, nec priuilegia mendicantium participantibus: ly dedita opera intelligi debet, quando id fieret in fraudem proprij Parochi. Sed potest respõderi, quod id esset indirectè saltem in fraudem priuilegiorum mendicantium, quoniã Parochi omnes hoc Clypeo se munirent; Eò magis, quia in extrauaganti inter cunctas; De Priuilegijs, Summus Pontifex decernit, quod Parochi sint adstricti ministrare Sacramentum Eucharistię pęnitentibus Regularibus confessis. Adde generalem consuetudinem Vrbis, & Orbis stare pro Regularibus, & hæc vim habet iuris communis. Na-

uar.

tar.in Man.cap.21.nu. 5. Syluester. Missa 2.quęst. 11, Nec Ordinarius tollere, aut restingere potest ius commune. cap. inferior. dist. 21.

Tandem videtur Parochum posse negare Sacrã Communionem confessis Regularibus, ob scandala data, vel ob non factam restitutionem &c. Sed repliari potest, Parochum idem posse facere cum suis Parochianis sibi confessis: & præter Doctores superius citatos eiusdem sententiæ sunt alij subsequentes videlicet. Ioannes Medina, De Confessione, tractatu 2. quæst. 29. Panormitanus in cap. omnis vtriusq; sexus, De Pęnit.& remiss.num.15. & 21.vbi dicit hanc esse communem, & ita practicari. Ludouicus Beia cas.conscient. Bononiæ parte 4. casu 4. & ita declarauit Sacra Episcoporum, & Regularium Congregatio 1584.3.Aprilis. Item in alia 24.Martij 1597. Archiepiscopo Salerni in hæc verba. Regulares tempore Paschatis audire possunt confessiones Laicorum absq; licentia proprij Parochi, quia hoc illis vetari non potest.

Confessio probat contra confitentem, quando est specifica, idest quando exprimuntur personæ, loca, & tempora. Farinacius quæst. 81. num. 31.& 111.

Confessionis error est plene probandus. Bossius titulo de confess.num.59.

Confessionem reuocans torqueri debet. Farinacius quæst. 185. num. 124. loquitur ibi de Confessione per torturam emanata, non autem de Confessione spontanea, & facta absq; tormentis.

Confessionis error probari debet per testes, & non per torturam. Farinacius quæst.81.num.342. Vincentius Francus decis. 538.quartæ partis.

Confessio erronea potest probari per coniecturas, & per indicia. Farinacius quæst. 81. num. 339.

Confessio reuocata incontinenti, idest antequam Reus exeat à Iudicio, non requirit erroris probationem, secus si fiat ex interuallo. Farinacius quæst. 81. num. 348. & quæst. 187. num. 75.

Confessio in dubio præsumitur vera, & non erronea. Farinacius quæst. 81. num. 337.

Confessio emanata nullis præcedentibus indicijs est valida, & valida processum præcipue si sit spontanea, nec per torturam extorta. Farin. q. 81. num. 66. 83. Iulius Clarus §. finali quæst. 55. Baiardus ad Clarum quæst. 50. num. 5. 9. & quæst. 64. num. 39.

Confessio debet esse certa, & ratificata. Berous quæst. 126.

Confitens delictum, nisi perseueret in confessione, non est attendendus. Baiardus ad Clarum quæst. 64. num. 132. Berous quæst. 126. Glossa in l. vnica C. De confessis.

Confessio iudicialis, aut extraiudicialis calore, iracundiæ facta non est attendenda. Baiardus ad Clarum quæst. 60. num. 36. Farinacius quæst. 82. num. 36.

Confessio facta sine loco, & tempore nullius est momenti. Paris de Puteo tractatu de Sindic. Verbo, tortura. cap. 3. num. 1. Menochius de præsumptione lib. 1. quæst. 89. num. 20. Mascardus de probationibus. conclus. 350. num. 16. Ludouicus Peguera decis. 17. num. 3. 4. Brunus de indic. & tort. parte 1. quæst. 3. num. 16.

Confessio sponte à Reo facta, reuocari mini-

mè

mè poteſt, niſi doceat de errore, & contrarium probet, aliàs non eſt attendendus. Clarus §. fin. quæſt. 4. & 55. Farinacius quæſt. 2. num. 26. & quæſt. 187. num. 73. 75. & quæſt. 185. num. 124. (ſed hic loquitur de reuocante in tortura) & quæſt. 81. num. 8. 9. 10. 11. 12. 66. vſq; ad 83.

Confeſſio non certa, ſed dubitatiua per verbum credo, non eſt attendenda. Felinus in cap. Quoties. De teſtibus, num. 7. vſq; ad finem. Maſcardus de probationibus concluſ. 458.

Confeſſus mitius tractandus eſt, quàm conuictus. Cap. de hoc, & cap. ſuper eo. De Simonia. cap. Præsbyterum. diſt. 50. Doctores in cap. At ſi Clerici. De Indicijs. Intelligitur de confeſſo ſpontè ad iudicium veniente, & quando nulla extarent contra confeſſum indicia. Boſſius tit. de reſponſionibus à Reo faciendis num. 16.

Confeſſioni ſuæ poteſt Reus etiam ex interuallo qualitatem adijcere, quam tamen probare tenetur. Farinacius conſ. 66.

Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam; Intelligitur ſi reuocetur in iudicio, quia ſi ratificetur, non ad torturam, ſed ad condemnationem eſt deueniendum. Farinacius conſ. 66.

Confeſſio declarari poteſt per inquiſitum, etiam ex interuallo, eo modo vt non ſonet in delicto: hoc intelligitur de actu dubio, qui poteſt eſſe, & non eſſe delictum. In claris autem, quæ non niſi delictum importare poſſunt, non eſt opus declarationes. Farinacius conſ. 25. num. 12. & 71.

Confeſſio, quę poteſt importare maius, & minus delictum interpretari potius debet in minus, quam in maius, quia iſta confeſſio vtilior eſt confitenti,

& in dubio interpretatio vtilior ſemper eſt capienda. Farinacius in additione ad conſ.25. littera R.

Confeſſio extraiudicialis in delictis non probat ad penam ordinariam infligendam. Rota deciſ.1. De confeſſis.

Confeſſio facta coram iudice incompetente, ſed reuocata coram Iudice competente facit indicium ad torturam. Clarus §.fin. quæſt.21.

Confeſſio ſecretè facta Iudici facit indicium ad torturam. Clarus loco præcitato.

Confiſcari non poſſunt bona hæreticorum fideicommiſſaria, & feudalia, in quibus alij vocantur in caſu delicti. Eimericus 3. parte Dirrectorij Inquiſitorum quæſt. 112. Pegna ibidem comment. 161. Sanchez in Decalogum parte 1. lib. 2. cap. 18. num. 15. Farinacius quæſt. 190. num. 24. 59. 60. 63. 65. 132.

Confiſcanda non ſunt bona hæretico occulto pęnitenti, & ſponte ſe deferenti. Farinacius quæſt. 190. num. 138. 144.

Confiſcata Mediolani bona hæreticorum diuiduntur æquis portionibus inter Fiſcum Ducalem, Epiſcopum, & Inquiſitorem. Farinacius quæſt. 190. num. 191. Clarus §. Hęreſis. verſ. item bonum.

Conſeruatores Regularium &c. Paſſarellus in notandis priuilegiorum mendicantium. Hodie extat Bulla Gregorij XV.

Conſeruatores à Regularibus eligendi ſunt ſpatio vnius menſis, alias ſubiecti intelliguntur Ordinarijs locorum, ex Bulla Gregorij XIII.

Conſilium non modo requirendum, ſed etiam ſequendum, quando requiritur à Collega, & participe Officij. Nauar. conſ. 1. vt lite pendente.

Conſti-

Constitutio pœnalis extẽdi debet,& interpretari largo modo, quando emanat, vt euitentur animarum pericula. Panormitanus, Ioannes Andreas, Immola, Butrius, & Ancaranus relati à Comitolo responsorum moral.lib.6.quæst.11.n.7.

Constitutio inferioris immutare non potest constitutionem superioris. Siluester, Electio 2.q.10.

Consuetudo excusat à pena. Glossa in cap. Venerabilis, De Consuetudine. Nauar.conf.13. & 20. De vsuris.

Consuetudo non potest abrogare ius naturale, vel diuinum, potest tamen illud augere, imminuere, moderari,& interpretari. Nauar. conf. 20. De vsuris:& conf.1.de Iure patronatus.

Consuetudo inducere potest quicquid inducit priuilegiũ.Nau.conf.36.De prębendis. Intelligitur tamen de consuetudine rationabili,& legitime pręscripta. Vide Nauar.conf.20.de Vsuris, & 43. de Simonia.

Consuetudo immemorabilis Ecclesiæ legitimè præscripta, non tollitur nouo præcepto, aut edicto superueniente, sed tolluntur abusus tantum. Sacra Congregatio Concilij. Nauar. conf. 1. de Clericis non resid.& 8.de vsuris.

Consuetudo immemorabilis comedendi carnes, & vtendi pannis lineis contra Regulam est tolleranda, dummodò seruentur substantialia. Sacra Episcoporum Congregatio 21. Martij 1583. Episcopo Vincentino.

Consuetudo valet,& excusat in his, quæ sunt iuris humani positiui.Dist.8.tit.de Consuetudine: nõ tamen valet in his,quæ sunt iuris diuini, & spiritualis. Nau.conf.3.de maior.& obed. & conf. 1. de iurepatronatus.

Consue-

Consuetudo firmanda est,& retinenda,dummodo non sit contra fidem catholicam cap. Nos consuetudinem,& cap. quemadmodum dist.12.

Consuetudo etiam irrationabilis excusat ab excommunicatione,sed non à peccato. Nauar.cons. 42. de sent. excommunicat.

Consuetudo, quæ Canonicis obuiat institutis, nullius momenti esse debet. cap. ex litteris. De consuetudine.

Consuetum dicitur, quod bis est factum.Nauar. cons. 4.de success. ab intestato.

Consuetudines rationabiles, & statuta particularia locorum, & personarum Papa non tollit per sua priuilegia, quia consuetudines consistunt in facto, & possunt ignorari à Papa. cap.1. De constitutionibus in 6. Emmanuel Rodriquez in summa. cap. 60.num.6.Nau. cons. 2. de Iudæis.

Contemptus clauium, & Ecclesiæ, tunc fieri dicitur, non quando quis mouetur ad contemptum ex aliqua ira, odio, & affectione; sed cum non vult submittere se potestati Ecclesiæ, credendo tamen Ecclesiam habere potestatem. D.Thom.2.2.quęst. 186.art. 9. ad tertium.

Contractus venditionis marchæ præsentis, aut futuræ licitus erit, seruata ęqualitate iusti pretij arbitrio peritorum,idest ijs consideratis, quæ facere possunt rem maioris, vel minoris pretij: & parum refert, quod cambium appelletur contractus emptionis,& venditionis, seu permutationis. Nauar. in Manuali cap.17.n.294.

Contractus celebratus in vtilitatem solius dantis ad custodiam, obligat accipientem ad restitutionem ob dolum, & latam culpam tantum, quia adhi-

adhibens dolum alteri facit iniuriam, & peccat contra iustitiam: æquitas enim postulat, vt qui rem alterius possidet absque suo commodo, eam adhibeat diligentiam in ea custodienda, quam adhibere solent homines in suis rebus custodiendis cum illorum vices gerant. Bonacina de contractibus disp.3.quæst. 1. puncto 6. num.6.

Contractus vitalitius quid sit, & an liceat. Ludouicus Beia cas. conscient. Bononiæ parte 4. casu 26. Antonius Sanctarellus variarum resolutionum quæst.46.

Contractus cambij, vel mutui, est vsurarius si à principio deducatur in pactum lucrum cessans, aut damnum emergens. Farinac. Rotæ Rom. decis. 331. 362. 372.

Contractus minus solemnes legibus ciuilibus vetiti, possunt seruari in foro conscientiæ, dummodo fraus, vis, & dolus abfuerint: nec tenetur possidens ad restitutionem nisi vocatus in Iudicium, & condemnatus. Dominicus Soto lib.4.De Iust. & Iure quæst.5.art.3.Adrianus quodlibeto 6.art. 1. Siluester, Alienatio, num.13. Panormitanus cap. Quia plerique, De Immunitate Ecclesiarum. Nauar. in Man.cap.17.num.301.Greg.de Valentia disp.5. quæst. 6. puncto de Restitutione. Siluester, Lex. quæst.9.

Contractus bona fide celebratus, & impunè consuetus, licet sit vsurarius, non inducit peccatum, aut obligationem restitutionis totius lucri, quia retineri potest lucrum illud, quod prouenisset ex alijs contractibus licitis. Nauar. cons. 5. & 20. De vsuris. Graffius decis.aurear.parte 1. lib.2.cap. 20.num.45.Ludouicus Beia cas. conscient. Bonon. parte 1. casu 7. 19. 22. Con-

Contractus emptionis, & venditionis erit legitimus in foro poli, si cõtrahentes veram habuerint intentionem vendendi, & emendi: Emptores autem lucrandi licitè, & iustè, non autem mutuandi, & recipiendi interusuria conuenta, & diligentiam adhibuerint, vt fundi qualitatem bene agnoscerent, dempta quota pretij ob pactum gratiosum: & in constituenda pensione contractus locationis, habuerint respectum ad fructus rei conductæ verisimiliter perceptibiles. Si conuentum est, quod tempore belli, tempestatis, aut casus fortuiti fiat remissio conductori, vel saltem hæc grauamina fuerint illi compensata per aliud pactum fauorabile. Si attenta pensione locationis, & oneribus conductor non remaneat grauatus plus æquo, & iusto. Tandem si retrouenditio fieri debeat eodem pretio. Ludouicus Beia cas. conscientiæ Bononiæ par. 1. in fine casuum omnium. Farinac. decis. 160. Rotæ Romanæ.

Contractus in fraudem creditorum factus est reuocandus. Nauar. cons. 1. de solutionibus.

Contumax dicitur, qui longo tempore excommunicatus absolutionem non petit. Abbas in cap. Grauem. De Pęnit. Nec talis caret scrupulo hæreticæ prauitatis. Ibidem.

Contumax non dicitur, qui non comparet intra terminum à Iudice abbreuiatum, si prolixior terminus à statuto assignetur. Menochius cons. 725. num. 6.

Conuentio de non opponendo alicui exceptionem ob promissam pecuniam, simoniaca est. Nau. cons. 3. De Simonia.

Conuersari dicitur, & familiariter se habuisse

cum aliquo per vnum actum tantum. Nauar.conf. 4. de Adulterijs.

Conuictus de hæresi damnandus est ad perpetuum carcerem, cap. vt commissi, De hæreticis in 6. Clementina prima, De Hæreticis. Menochius de arbit.Iudic.lib.1. cap. 89,

Conuicto, aut confesso hæretico datur tortura, super complicibus, & super vlteriori veritate siue de se confiteatur, siue non. Farinacius quæst.185. n. 133.134.135.

Conuictus vt quis dicatur requiritur, vt contra illum deponant duo, vel tres testes contestes omni exceptione maiores, & concludant per necesse, non autem per possibile. Farinacius conf. 182. tom. 2.

Copula carnalis, sed violenta non operatur ratificationem Matrimonij in muliere. Iacobus Menochius conf.1255.num.37.

Copula carnalis quibus probetur coniecturis. Farinacius tomo 2.consiliorum decis. 72.

Copula inter coniuges, seu inter impeditos aliquo consanguinitatis, vel affinitatis gradu iterata dum expectatur ab vrbe dispensatio, si in precibus fuerit iam explicata, iteratio non vitiat dispensationem obtentam, quamuis tempore iteratæ copulæ dispensatio non peruenerit ad manus Episcopi, vel Confessarij. Sanchez de Matrimonio tomo 3.disp. 24.num.8.lib.8.Bonacina de legibus disp. 1. quæst. 2.puncto 5. num. 3.4.

Corpus humanum resurget idem numero. D. Thomas quolibeto 11. quæst. 6.art.6.

Corpus vnum non potest esse localiter in duobus locis, quia esse localiter in loco est circumscribi, & comprehendi à loco, secundum commensurationem

nem propriarum dimensionum: sed quod comprehenditur à loco aliquo, ita est in loco illo, vt nihil illius sit extra illum locum. D. Thomas quolib. 9. quæst. 1. art. 2. Ægidius Romanus Quol. 1. quæst. 1. & Quol. 2. quæst. 7. Vasquezius 3. parte quæst. 76. art. 7. disp. 189.

Corpora duo possunt esse in eodem loco miraculosè, quia sicut in Sacramento Altaris Deus conseruat accidentia absq; proprio subiecto, ita potest conseruare effectus in esse absq; causis proximis, videlicet conseruando distinctionem materiæ corporalis, & dimensionum in ea, absq; diuersitate situs, pro vt corpus Christi exiuit per clausum Virginis vterum, intrauit ad Discipulos ianuis clausis per virtutem diuinam: corpus autem gloriosum non per aliquam virtutem creatam, sed diuina assistente virtute, & operante poterit esse in eodem loco cum alio. D. Thomas quolib. 2. quæst. 10. art. 22. Ægidius Rom. in Theor. de Sacramento Altaris Theor. 7.

Corpus delicti in his, quæ sunt facti permanentis, & relinquunt post se vestigia, vt homicidium, vulnera, & furtum cum fractura, dicitur cõstare, & plenè probari per testes, vel per facti euidentiam: nec indicia, vel coniecturæ sufficiunt; alias enim ad torturam deueniri non potest, quia hæc infertur non ad liquidandum factum, sed personam. Farin. quæst. 2. n. 6. 7.

Corpus delicti in his, quæ sola voluntate perficiuntur, vt hæresis, vel sunt difficilis probationis, nec vestigia post factum relinquunt, vt adulterium, & furtum sine fractura, constare dicitur sufficienter, & plenè probari per indicia, coniecturas, & præsumptio-

ſumptiones, & ſola querela ſufficit ad inquirendum; ita vt coniecturata, & præſumptiua probatio tali in caſu habeatur pro plena, & concludenti probatione, & ſit ſufficiens ad torturam. Farin. quæſt. 2.n.12.13.14. Boſſius tit.de Delicto. Clarus §. fin. quæſt.4.

Correctio fraterna an, quando, & in quibus locum habere debeat. Nauar.Man.cap.25.num.46. vſq; ad 52.& conſ. 2. de Simonia.

Credenda non ſunt, quę non ſunt veriſimilia.cap. quia non eſt veriſimile. de præſumpt. Nau,conſ.1. de homic.

Creditor ex Iudicis decreto non poteſt cogi ad recipiendum creditum diminutum, & per partes. Farinac. Rot. Rom.deciſ.287.

Creditor repetens ſolutionem ſuam poteſt exigere pecuniam ſecundum valorem monetæ tempore obligationis, ſeu contractus initi. l. Paulus ff. De ſolut.Ibi Bartolus, & Doctores. Caſtrenſis, Iaſon, & Alij in l. cum quid. ff. ſi certum petat. Guido Papa deciſ.493.Panormitanus in cap.Olim: ibi Doctores. De Cenſibus. cap.quanto. De Iure iurando,& ibidem Canoniſtæ. Baldus conſ.vltimo.

Crimine eodem nullus bis puniendus eſt, cap. fin. De Pœnit.diſt.4.

Criminoſi quomodo ad Religionem ſint admittendi, & an maiores 16. annis ſint recipiendi. Rodriquez quęſt.regul,tom.3.quæſt.54.Vide hunc librum,Verbo,Clericatus aſſumptus. Habitum.

Culpa leuiſſima eſt, cum quis delictum non cogitauit,nec præuidit,quod vir accuratiſſimus cogitare, & pręuidere non potuiſſet, præcipue ſi dabat operam rei licitæ. Viualdus in Candelabro Aureo par. 4. n.266.

Culpæ

Culpæ contentæ in Regulis Regularium quomodo obligent. Passarellus in notand. priuileg. mendicantium, cap. 25.

Cultus publicus non potest fieri nisi Beatis Canonizatis. Cultus vero publicus ille est, qui nomine totius Ecclesiæ, & tamquam ab Ecclesia institutus solis canonizatis adhibetur, non autem qui publice per omnes fideles non canonizatis adhibetur: quæ autem ab Ecclesia ordinantur sunt Missa, & Officium. Andreas Molfesius conf. 45.

Cura animarum est ars artium. Innocentius III. in cap. cum sit. De ætate, & qualit.

Curatus iure diuino tenetur sacrificare pro suis ouibus. Concilium Trident. sess. 23. cap. 1. de Reformatione. Tenetur celebrare omnibus diebus festis: alijs vero diebus tam frequenter, vt muneri suo satisfaciat, Concil. Trident. sess. 23. cap. 14. de Reformatione. Concilium Prouinciale 4. Mediolanense declarauit, Curatum teneri ad celebrandum ter saltem in hebdomada: an vero Decretum istud fuerit vsu receptũ, quibusdam videtur, quod non, quia Concilium supponit, Curatum habere sufficiens beneficium ad sui, & suorum sustentationem, ita vt possit hospites, & peregrinos recipere, necnon iura Episcopalia persoluere. Azorius instit. moral. parte 2. lib. 6. cap. 10. quæst. 4. Nauarrus de Oratione, Miscellaneo 16. n. 7. credidit, Curato infimæ conditionis beneficium esse sufficiens, quando poterit se, coquum, famulũ, & equum sustentare, & domicilium conducere ad habitandum. Emmanuel Rodriquez in summa cap. 251. in principio.

Custos carcerum cognoscens carnaliter carceratam punitur arbitrio. Menochius de arbit. iudic. casu

casu 292. Constitutio Mediolani tit. De custodia Reorum. cap. Si Prætores. Clarus §. fornicatio. vers. cum carcerata. Bossius tit. de Coitu damnato, & punib. n. 40. Clarus §. fin. quæst. 68. pœna mortis puniendum asserit. Riccius decis. 283. partis secundæ.

D

DÆmones consulere ad sciendum occulta manifestam sapit hæresim. Farinac. decis. Rot. Rom. 13. Eimericus, & Pegna pluribus in locis Directorij Inquisitorum; præsertim com. 68. secundæ par.

Dæmones inuocare verbis imperatiuis non sapit hæresim manifestè; immo nulla hæresis suspicio, vbi semel, aut bis curiositate, vel alio prauo affectu id fieret; puniendi tamen sunt hi ratione mortalis peccati, & fœderis cum Dæmone impliciti. D. Thomas 2. 2. quæst. 96. cum Caietano. Directorium Inquisitorum parte 2. quæst. 43. Pegna ibidem comment. 68.

Dæmones nō licet adiurare ad aliquid addiscendum ab eis, vel obtinendum, nisi forte ex reuelatione diuina; prout Beatus Iacobus Apostolus, qui per Dæmonem fecit adduci ad se Hermogenem. D. Thomas 2. 2. quæst. 90. art. 2. & quæst. 73. art. 6. ad 3, & par. 1. quęst. 117. n. 4. Ioannes à Turre Cremata cap. Nec mirum 25. quæst. 6. Speculum peregn. quæstionum parte 3. cap. 3. quæstion. 6. Dominicus Soto de Iust. & Iure lib. 8. quæst. 3. art. 2. D. Thom. 2. 2. q. 95. art. 4. in corpore, & in responsione ad primum, & quæst. 96. art. 2. in corpore, & ad tertium.

Damna offenso resarcienda, & restituenda. Glos. in cap. Præsbyterum. De Homicidio.

Dans aliquid alteri, & accipiens aliquid vltra id, quod dat ad periculum subeundum, non contrahit vsuram. Nauar. coment. de vsuris n. 128. cons. 21. de vsuris.

Data ad malum finem, vtputa ad aliquem occidendum, an recipientes aliquo modo afficiantur in foro interiori. Ludouicus Beia cas. conscientiæ Boboniæ parte 1. casu 31. Nauar. cons. 10. n. 8. 9. de Simonia. In Man. cap. 23. n. 100.

Debita posteriora soluere possumus prioribus non solutis. Nau. cons. 1. de fideiussor.

Debitores, qui sunt, & fuerunt in mora soluendi, tenentur in foro conscientiæ reddere vltra sortem damnum, quod dederunt. D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 4. Nauar. cons. 25. de Vsuris.

Debitor per Religionis ingressum non liberatur à debitis soluendis. Molin. de Iust. tom. 3. disp. 758.

Debitor Iustam habens causam non soluendi nó tenetur ad interesse debiti non soluti. Iacobus Menochius cons. 1219. n. 7.

Debitorem peruenire ad pinguiorem fortunam idem est, quod peruenire ad statum, in quo deducto eo, quo indiget ad se decenter sustentandum, potest soluere de his, quæ sibi supersunt. Nauar. cons. 2. de verborum significatione.

Debitor ad pinguiorem fortunam veniens non tenetur in foro conscientiæ restituere suis creditoribus partem debiti à creditore sibi remissam, quãdo ex vera inopia, non autem ex propria malitia, illi non persoluit totum debitum, etiamsi remissio facta fuerit sine iusta causa, & creditorum vtilitate.

Nauar.

Nauar.conſ.6.de pactis.

Decima prout eſt certa pars fructuum neceſſaria ad ſuſtentationem clericorum, diuina, & ſpiritualia bona miniſtrantium, & vt eſt merces clericis debita, & vt eſt oblatio Deo facta in recognitionẽ Summi rerum Dominij, eſt Iuris naturalis diuini, nec conſuetudine, vel præſcriptione tolli poteſt, aut minui: hinc ſi petatur, & miniſtri ſint egentes, tenentur Populi ſub mortali illam perſoluere. Sanctus Thomas 2.2.quæſt. 87. art. 1. ad 5. Suarez tomo 1. de Religione lib. 1.cap.12.& 13. Azorius inſtitut.moral.par.1.lib.7.cap. 36.

Decima conſiderata vt quota, ideſt quod tanta, & non maior, aut minor pars ſoluatur, eſt de Iure humano Eccleſiaſtico, & conſuetudine 40. annorum tolli poteſt, & minui. cap.fin.De conſuetudine. Suarez loco præcitato.

Decima vendi non poteſt, aut permutari ſine auctoritate Epiſcopi, præſertim in perpetuum. cap. ſuggeſtum.cap. ſtatutum. cap. ex multiplici. De Decimis. cap. Placuit. cap. ſine exceptione 12. quæſt.2.

Decimæ aſportari debent ad domum Parochi, idq; præcipere poteſt Epiſcopus, niſi tamen obſtet conſuetudo. Aloyſius Riccius prax.aureæ reſolut. 244.

Decoctores tolerari non debent in Eccleſijs, & Monaſterijs longo temporis ſpatio, ſed eijciendi ſunt. Sacra Epiſcoporum Congregatio 12. Martij 1601. Epiſcopo Barij.

De duobus malis minus malum eſt eligendum. cap. Duo mala, diſt. 13.

Decreta maxime attendenda, an habeant vim le-

gis perpetuæ. cap. fin. De officio delegati: quia si vim Decreti tantum habeant, finiuntur cum decretante. Nauar. in Man. cap. 27. n. 73.

Decreta per Papam confirmata quale robur obtineant. Vide hunc librum, Verbo Papa.

Defectus partis membri non facit irregularem, nisi inducat magnam deformitatem, aut impotentem reddat ad ordinibus vtendum. Nauar. conf. 67. de sent. excommunic.

Deflorans puellam sub spe futuri matrimonij, tenetur illam ducere, etiamsi sponsalia non fuerint iurata, sed clandestinè contracta. Farinacius decis. Rom. 73. Nauar. conf. 1. & 48. de sponsal. & in Man. c. 16. n. 16.

Degradatione omissa potest aliquando puniri Clericus. Vmbertus Locatus prax. iudiciariæ Inquisitorum, Verbo Clericus.

Degradatio duplex, verbalis quia Episcopus dicit, Auctoritate Dei omnipotentis Patris, Filij, & Spiritus Sancti, & nostra te degradamus, priuantes omnino ordine, beneficio, & priuilegio Clericali, & ad hanc restituere potest Episcopus. Alia est degradatio actualis, Papæ reseruata, ad quam solus ipse restituere potest. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 23. art. 4. Concil. Trid. sess. 13. cap. 4. de Reformatione. Farinacius quæst. 189. à n. 11. vsq; ad 23. Vmbertus Locatus prax. iudiciaria Inquisitorum, Verbo Clericus. Bonacina de censuris disp. 4. propos. 3. Thesaurus fori Ecclesiastici Leonis parte 3. cap. 6. n. 57. cap. Quoniam Episcoporum. De hæreticis in 6. & cap. Degradatio. De Pœnis in 6. Nauar. conf. 2. de Iudicijs.

Degradatus verbaliter tantum, id est depositus,

siue realiter degradatus restitui non potest in statum pristinum, nisi per summum Pontificem. Ludouicus Molina de Iust. & Iure, disp. 49. n. 18. Riccius prax. aureæ resolut. 221.

Delegatio Vicario facta transit ad successorem in Vicariatu. Aloysius Riccius collect. 1601.

Delegatus nisi ostendat, Delegationis litteras, non est acceptandus. cap. cum in iure. De officio, & potestate Delegati. Religiosus subditus, & prælatus quæst. 1. de obedientia. cap. 18. §. 2.

Delegatus maior est Ordinario. cap. sanè. 2. De officio delegati. & cap. studuisti, De officio legati. cap. vt commissi, De hæreticis in 6.

Delegatus quando possit subdelegare. Grillenzonius cons. 113.

Delegatus ad absoluendum aliquem à censura, non potest absoluere cum reincidentia, nisi id exprimatur in facultate sibi concessa. Sayrus de censuris lib. 2. cap. 16. num. 10. & cap. 17. num. 15. 16. & cap. 18. num. 6. 10. 11. 13. 25. 26. & lib. 4. cap. 10. num. 4. 5. Suarez de censuris disp. 7. sectione 5. n. 35. & disp. 22. sect. 3. num. 1. Rodriquez in summa cap. 84.

Deliberatio, & propositum, quantumuis firmũ non obligat. Nauar. cons. 1. & 6. 8. 10. 15. de Voto, & Voti redemptione.

Delicta, quę sunt difficilis probationis, prout furtum, fraus, dolus &c. præsumptionibus probantur, dummodo sint violentæ, nec vnus testis de visu cũ fama publica probat delictum. Farinacius decis. Romana nona. Bossius tit. de delicto. Farin. q. 2.

Delictum etiam grauissimum attentatum, sed non perfectum pœnam ordinariam non meretur.

Farinacius consf.25.n.33. Vide hunc librum in littera A. Verbo affectus.

Delicta, quæ facto committuntur, numquam probantur per scripturam, aut per instrumentum, nisi scriptura ipsa sit ex se delictum. Farinacius consf. 25. num. 40.

Delictum præsumitur quando sumus in ijs, quæ sunt prohibita à iure naturali gentium, vt furtum, homicidium, alterum non lædere &c. secus in ijs, quæ prohibita sunt à iure positiuo, in quibus criminaliter agitur ad pœnam, præcipue vero quando actus neminem lędit, aut lædere potest, vel si lædit, leuis est lęsio: idem dicas de ijs, quæ vetita sunt à statuto, in quibus non pręsumitur delictum. Farinacius consf. 66. in addition. littera H.

Delictum graue meretur priuationis pœnam. Farinacius consf. 25. num. 30.

Delictū an sit patratū ob priuatā potius inimicitiam, quam in odium officij; hoc rimandum est ex personis, amicitia, consanguinitate, pecunijs, seruitijs, industria, conuersatione &c. Farinacius quæst. 118.

Delictum reiteratum, pœnam iteratam requirit. cap. ea quæ, de pœnis.

Delinquens, Clericus, aut Regularis factus post delictum, an hac ratione liberetur à laica potestate. Petrus Cenedus Collect. 23. ad Decretales.

Delinquenti tribus modis videtur quis consentire. Primo cooperando. Secundo non corrigendo cum ex officio tenetur, & potest. Tertio cum delictum fit eius auctoritate. Nauar. consf. 54. de sent. excommunic.

Denunciare non tenemur delinquentes, quando fra-

fraterna correctione pręmissa speramus probabiliter illorum emendationem. Sanchez in Decalogum parte prima lib.2.cap.32.n.47. & tom. 1. De matrimonio lib.3.disp.13. Item in decalogum parte 2.lib.6.cap.18.n.53.Farinacius quæst.197.n.52. 53. Aliqui tamen ab hac regula, & doctrina excipiunt crimen hæresis. Nauar. conf. 8. de sent. excommun.& conf.75.n.29.de Regular.& conf. 3. de accusat.

Denunciare (hæresi excepta) non tenetur Filius Patrem, vxor maritum, seruus Dominum, & econtra, quia censentur inter se vna; & eadem persona. Farin. quæst.197.n.40.49. Hcrrobonus casuum reseruatorum par.2.cap. 1. Vmbertus Locatus prax. iudiciar.inquisit. quæst.5.

Denunciare, aut testificari non tenetur, qui probabiliter sibi timet magnum aliquod damnum spirituale, temporale, personę, honoris, aut bonorum euenturum. Nauar.in Man. cap. 25.n.50. Farinacius quæst. 197. n. 53. Nauar.conf.4.ne Clerici vel Monachi.

Denunciare qui, & quando teneantur. Paulus Comitolus respons.moral.lib.6.quæst. 4. 5. Nauar. conf.4.ne Clerici, vel Monachi, & conf. 4. 8. 9. de hæretic.

Denunciare, & reuelare non tenentur scientes, nec probationem habentes. Nauar. Man. cap.18. n.39.40.41.54.56.58.60. 61.62. & cap. 25.n.33. 46.vsq; ad 52.& cap.27.n.15.& conf.6. de Accusationibus,& 4.de hęret.Compend.oper.Nau.Verbo Edictum.Sanchez de matrimonio tom.1.lib. 3. disp. 13. Bonacina de censuris quæst. 6.puncto 1. Farin. quæst. 197. n. 47. vsq; ad finem.

Denũciationem præcedere debet correctio fraterna. Nauar. conſ. 3. & 6. de accuſat.

Depoſitio tunc fit, quando Iudex Eccleſiaſticus pronunciat ſententiam contra Clericum, priuando illum ordinibus Clericalibus, & hæc dicitur verbalis degradatio. Farinacius conſ. 8. n. 72. Nauar. conſ. 2. de Iudicijs.

Depoſitio pecuniæ cum facultate vt depoſitarius poſſit ea vti, non eſt mutuum formaliter, ſed æquiualenter. Nauar. conſ. 23. de Vſuris.

Depoſitum factum apud Clericum, aut Religioſum, quando obliget Eccleſiam ad reſtitutionem. Ludouicus Molina tomo 2. de Contractibus diſp. 525. num. 4. Vide hunc librum, Verbo Regulares poſſunt.

Depoſitarius mittens Domino rem depoſitatam per illum, qui ſe fingit miſſum à Domino, & accepto depoſito anfugit, tenetur de culpa lata, modo nullam haberet ſuſpicionem fraudis, & pretium pro depoſito non acceperit ſique fraudem per debitam diligentiam non purgauerit. Bonacina de contractibus diſp. 3. quæſt. 1. puncto 6. n. 11.

Depoſitarius mittens Domino rem depoſitatam tenetur ad reſtitutionem, ſi res ad illum non perueniat ob ipſius mittentis culpam. Bonacina de contractibus diſp. 3. quæſt. 1. puncto 6. n. 21. Farinac. Rotæ Rom. deciſ. 76.

Deputati facientes, ſeu facere omittentes aliquid, cui ſit excommunicatio latæ ſententiæ annexa, completa adminiſtratione, illorum ſucceſſores ſunt & ipſi excommunicati, ſi ſcienter faciunt vel facere omittunt &c. Ludouicus Molina diſp. 670. num. 2.

Dero-

Derogationis Concilij non est necessaria expressa mentio in aliquibus casibus, ex Sacra Concilij Congregatione. Megala institut.confes.lib.1.cap. 13.n.16.

Diaconus baptizans solemniter, ideſt tamquam presbyter, fit irregularis: prout etiam non subdiaconus cantans Epiſtolam, cum manipulo. Nauar. conſ. 70.de ſent. excom.

Diaconum ſe fingens, cum non ſit, pœna arbitraria eſt puniendus: alij volũt, quod pœna mortis plectendus ſit; id tamen intelligendum eſt de Diaconatum exercente ſolemniter; non autem ſi quis Euangelium in Eccleſia, vel ad matutinum priuate, & ſine ſtola legeret. Adſunt decreta Clementis VIII. Pauli V. & ſupremæ Congregationis de vrbe. Vide flores direct. Inquiſit. in fine. Farinacius qu. 150.n.85. De falſitate. Bonacina de cenſuris diſp. 7.quæſt.3.puncto 6.propoſit.1.& 2.de Clerico non ordinato miniſtrante. Io: Baptiſta Confectius in cõpend.priuileg.mendicant.par.2.cap.5. de pœna celebrantis in ordine, quem non habet. Idem tit. de temporibus ordinat.& qualit. ordin.tit.15.Nauar. conſ.70.de ſent.excom.

Dicto priori, & non poſteriori ſtandum eſt. Menochius conſ.1255.n.15. Vide hunc librum, Verbo Teſtis prioris.

Dictum ſufficienter directum in mortem eſt illud, quod ſuapte natura, vel ex intẽtione ſcientis dirigitur in illam. Nau.Man.cap.27.n.211. & conſ. 10.& 13. de homic.

Diebus feſtis de præcepto conferri poſſunt ordines minores in Eccleſia tantum, & non in domo. Riccius prax.aureæ reſolut.273.274.

Digni-

Dignitati an præficiendus sit, qui criminosus fuit, & pœnituit; vel potius, qui semper fuit bonus. Petrus Cenedus collect.23.ad decretales.

Dilectio operari solet, vt larga interpretatio fiat ad fauorem legatarij. Iacobus Menochius cons. 1251.num.2.

Diligentia insolita suspicionem fraudis inducit. Nauar.cons. 1. de homicidio.

Diœcesis iurisdictio quousque tendat, & protrahatur. Grillenzonius cons. 6.

Dispensare possunt Generales mendicantium super omnibus missis receptis ante actualem visitationem eorum. Nauar. cons.3.de Priuilegijs.

Dispensandi actus stricte debet intelligi, potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & amplianda. Nauar.cons. 2. de Cler.non ordinato.

Dispensare, & relaxare non possunt Regulares ea, quæ pertinent ad substantiam Regularis obseruantiæ, vt sunt tria vota Religionis substantialia. Concil.Trid.sess.25.cap. 1. de Regularibus. In reliquis dispensare possunt, & relaxare ob iustam causam. Rodriquez quæst.regul.tom.1.quæst.26. art. 1.

Dispensatio Papæ contra decreta Concilij generalis requirit specialem derogationem, videlicet, quod intendit derogare tali Concilij decreto. Aloysius Riccius prax. aureæ resolut. 166.

Dispensatio permissa inferiori Papæ contra canonem, est facienda cum causæ cognitione, & iusta de causa. Nauar.cons.13.de offic. Iud. ordin.

Dispensatio secunda, non facta mentione primæ dispensationis, non valet, quando dispensationes se contingunt, & sunt quasi circa idem, vt in homicidijs.

dijs. Nauar.conſ.12. de priuilegijs.

Diſpenſatio matrimonialis cum copula inter cõſanguineos exequenda eſt, licet commercium carnale ſecutum fuerit poſt conceſſionem litterarum Apoſtolicarum. Sacra Epiſcoporum Congregatio 19.Februarij 1596.Epiſcopo Vintimiliæ. Nauar. conſ.3.n.2.de priuilegijs.

Diſpenſatio,& abſolutio ad cautelam petita non præiudicat. Nauar.conſ.1.ne Clerici vel Monachi.

Diſpoſitio quęlibet in dubio facta, intelligitur ſecundum ius,& conſuetudinem. cap.cum dilectus. De conſuetudine.

Pro diſpoſito illud habetur, de quo teſtator ſi fuiſſet interrogatus,reſpondiſſet,ſe ita voluiſſe diſponere.Menochius conſ.1212.n.8. 9. 10. per totũ.

Diſtributiones quotidianas non lucrantur Canonici, niſi cum alijs cantent, & pſallant in choro. Ludouicus Beia caſ. conſcientię Bononię parte 1. caſu 45.

Diſtributiones quotidianę debẽtur ſolùm ijs,qui interſunt choro ſtatis horis, & qui aliter recipiunt, non faciunt fructus ſuos cum obligatione reſtituendi,nec Epiſcopus diſpenſare poteſt,nec collegę poſſunt remittere. cap.1.de Clericis non reſidentibus in 6.iuncta Gloſſa. Concil.Trident.ſeſſ.24.cap.12. Nauar.conſ.27.de ſent.excom. Grillenzonius conſ. 153.Azorius inſtitut. moral. parte 2. lib. 7. cap. 7. quęſt.9.Prax. Archiepiſ. Neapolit. cap. 116. Aloyſius Riccius deciſ. 493. & praxis aureę reſolut. 70. 397.444.Farinacius parte 1.fragmentorum criminalium num. 107. 108. Nau.miſcell.59.de orat. Sacra Concilij Congregatio. Nauar.conſ. 2. de Clerico excom. dep.interd.miniſtrante, & conſ. 9. de

Cleric.

Cleric.non resid.Farin. Rotę Rom. decis. 280. cap. pastoralis,de appellat.iuncta Glossa.

Diuortium vt fieri possit quid requiratur. Beia parte 1. &c. casu 20.

Doctores indocti gaudere non debent priuilegio Doctorum. Panormitanus, & alij in cap. Clerici. de Iudicijs. Menochius cons.886.

Doctor licitè pecuniam recipit pro consilio à se dato. cap. non liceat 11.quęst.3.iuncta Glossa,Cum scribent.

A dolo quælibet causa iusta, vel iniusta excusat. Menochius cons. 1206. num. 4.

Dolus præsumptus, criminaliter puniri non potest. Menochius cons. 1206. num. 25. & in dubio Doli, pronuntiari debet contra fiscum. Ibidem num. 29.

Domicilium concubinarij prohibitum est concubinæ ad cohabitandum, & non ad matrimonium contrahendum: hinc concubina ibidem existens potest in eadem Parochia contrahere matrimonium. Nauar.cons.10.de temp.ordinationum.

Donare possunt Regulares de licentia sui Generalis,vel Prouincialis,cognatis pauperibus, amicis, famulis,& socijs de se benemeritis, aliquid ex illis bonis,quę Monasterio obuenerunt suo intuitu.Nauar.cap.Non dicatis, num.25. Et quamuis donare sit illis interdictum. cap.fine excep.12.quęst. 2. id tamen intelligitur de donationibus gratiosis, & nullo iure cogente factis,non autem de donationibus remuneratorijs. cap. si quos. de rebus Ecclesiæ non alien.Rodriquez quæst.regul.tomo 1.q.27. art. 6. Nec obstat Clementis VIII. constitutio de largitione munerum,quæ non loquitur de donationibus

nibus remuneratorijs, nec de alienationibus factis in vtilitatem Religionis, sed tantum loquitur de donationibus gratiosis, vel ambitionis causa factis, per quas Ecclesiæ patrimonium dissipatur, vt ex tenore litteræ satis constat. Rodriquez loco citato. Sanchez tomo 1. de matrimonio lib. 6. disp. 4. num. 7. Megala prima secundæ instruc. confes. cap. 27. quæst. 3. num. 65. D. Thom. quol. 3. q. 6. art. 15.

Donare potest pater aliquid vni filio, & non alteri, titulo remuneratorio. Nauar. in Man. cap. 26. num. 39. & cap. 17. num. 145. 147.

Donatæ rei enormitas facit euanescere donationem, cap. si quis irascitur 13. quæst. 2. vt si pater tantum alienis donaret, vt hæreditas filiorum euacuaretur: quisq; tamen in fauorem loci pij potest donationem acceptare. Emmanuel Sà Aphor. confes. donatio num. 16.

Donatio non simulata in fraudem creditorum, quibus probetur coniecturis. Farinacius Rot. Rom. decis. 75. & 112. 207. 269. Nauar. cons. 1. de donationibus.

Donatio debet fieri gratis, & liberaliter ab habente dominium, & administrationem cum facultate alienandi nullo iure ad id cogente; resq; donatæ debent esse de numero eorum, quæ veniunt in vsum, & commercium humanum. Fillucius in suo compendio parte 2. tractatu 33. cap. 2. & licet non statim fuerit facta rei donatæ traditio, nihilominus donatio valet. Innocentius in cap. ad hoc. De testamentis; Nauar. de Reddit. Ecclesiasticis quæst. 1. monitorio 34. num. 1.

Donatio vera, lz. in fraudē creditorum facta, ipso iure tenet, nec creditor admittēdus est ad illa bona,

in

in cuius fraudem fuit facta donatio, nisi prius per actionem reuocatoriam rescindatur. Nau. cons. 1. de donat. inter virum, & vxorem.

Dotis interusurium recipi potest tuta conscientia. Ludouicus Beia respons. casuum Bononiæ parte 1. casu 46.

In dubio præsumendum est delictum semper minus graue. Farinacius cons. 117. num. 54.

In dubio stādum est regulæ, donec exceptio probetur. Iacobus Menochius cons. 784. num. 5.

In dubio quilibet præsumitur excommunicatus, & ad cautelam est absoluendus. cap. cum desideres, De sent. excom.

In dubio præsumitur quilibet bona fide possedisse. Nauar. cons. 1. de præscriptionibus.

In dubijs debemus considerare id, quod est verisimilius, quod plerumq; fieri consueuit, & quod percipi potest ex coniecturis, & hoc dicitur euidens testatoris voluntas. Panormitanus cons. 99. secundæ partis: & tenere debemus id, quod certius existimamus. cap. Iuuenis, de sponsalibus.

In dubio præsumitur semper in deteriorem partem, vbi agitur de periculo animæ. Glossa Singularis. In cap. vnico. De Scrut. in ord. faciendo. cap. iuuenis. De sponsalibus. Abbas in cap. ad Audientiam. De Homicidio. Et in cap. ex tenore. Qui filij sint legitimi. Cap. cum desideres. de sent. excom. Nauar. cons. 4. & 18. de voto. & 12. de homic.

Dubius in fide infidelis est. Pro intellectu huius textus videatur Pegna comm. 1. secūdę partis direc. Inquisit. Alphonsus à Castro aduersus hæreses cap. 10. Si animo pertinaci dubitet, & Ecclesia monente,

te, & docente dubitare non desinat, hæreticus est; si vero citra pertinaciam, id faciat, hæreticus non erit. Nauar. conf. 5, n. 12. de empt. & vendit. Clarus §. hęresis vers. ad hoc.

Dubius de Baptismo baptizetur sub conditione, Comitolus resp. moral. lib. 1. quęst. 2. 3.

Duellum quid sit, quomodo, & quando contrahantur censuræ latæ. Paulus Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 13. 14.

Duellum est singulare certamen, & diffidatio, cum assignatione temporis, & loci, & in terminis Tridentini Concilij debet esse publicum, & solemne, idest non calore iracundiæ, sed ex prouocatione, & spontanea voluntate: ex condicto, idest statuto tempore, & loco, cum campo franco, patrinis, & effectu secuto, alias excommunicationem non incurrunt, pugnantes, prouocantes, patrini, campum concedentes, consulentes, auxiliantes, & spectatores. Graffius de quinq; casibus reseruatis. cap. 7. Sanchez in decalogum parte 1. lib. 2. cap. 39. num. 27. 28. 31.

Duellum iuxta Bullam Gregorij XIII. tunc committitur, quando non publicè, & solemniter, idest sine patrinis, & campo franco, sed priuatim, ex prouocatione, & voluntate spontanea; & in loco conuento pugnam commiserint, vel ad locum destinatum peruenti per ipsos non steterit, quo minus pugna fuerit secuta: & in hoc casu comprehenduntur consulentes, auxiliantes, & spectatores. Graffius loco citato.

Duellum iuxta Bullam Clementis VIII. est quãdo prouocantes ad duellum assignant locum, & tempus, nec tamen accedunt ad locum, nec pugnant,

gnant, nec actus pugnę proximus interuenit. Vel quando calore iracundiæ, non ex voluntate spontanea ad locum accedunt, ibiq; dimicant. Graffius præcitato loco.

Duelli censuræ: vt contrahantur, duo requiruntur. Primum vt assignetur locus. Alterum vt determinetur tempus: hinc milites in castris militantes, vel alij ob inimicitias priuatas se inuicem inuitantes ad pugnandum, & euaginatis ensibus, eo ipso pugnantes, nullam contrahunt duelli censuram. Graffius vbi supra.

Duellum committentes calore iracundiæ accedendo ad aliquem locum, ibiq; dimicando, non incidunt in pœnas Concilij Tridentini; quia talis pugna non fit ex prouocatione, & spontanea voluntate: si tamen ex animo deliberato ad duellum accederēt, & priuatim pugnarent, quamuis sine patrinis, & campo franco, hi tamen inciderent in pœnas constitutionis Gregorij XIII. dummodo per ipsos non steterit, quo minus pugna fuerit subsecuta. Graffius vbi supra num. 18.

Ad duellum prouocantes assignando locum, & tempus, etiamsi nec pugna aliqua, nec accessus ad locum, nec actus ad pugnam proximus interuenerit, ligantur excommunicatione contenta in constitutione Clementis VIII. 2. Septembris 1592. à qua possunt absolui per confessarios regulares, ob priuilegia per sedem Apostolicam ipsis concessa: ratio est, quia censura hæc non continetur in Bulla Cęnę, nec in quinq; casibus à Sacra Congregatione de mandato Sanctissimi reseruatis. In alijs vero casibus possunt Confessarij Regulares vti facultate sibi concessa, prout constat ex decreto Clementis VIII, & ex

& ex decretis Sacræ Congreg. Episcop. & Regul.

Ad duellũ prouocãtes non publicè, sed priuatim, statuto tẽpore, & loco, & volẽtes accedere ad locũ, impediti ab itinere nõ accesserũt, sed per ipsos nõ stetit quominus pugna fuerit subsecuta, hi inquã nõ inciderũt in pœnas Cõcilij, quia duellũ nõ est solẽne cum patrinis, & cãpo frãco: Nec in pęnas Cõstit. Gregor. quia ad locum pugnæ nõ accesserũt, sed in pęnas constitut. Clementis VIII. licet nõ accesserint ad locũ pugnæ; Graffius vbi sup. n. 25. & 26. vbi affirmat Regulares Cõfessarios ex vi suorũ priuilegiorũ posse ab hac cẽsura absoluere, nõ tamẽ ab excõmunicatione cõtracta in duellis solẽnibus effectu secuto, iuxta Cõcil. Tridẽt. vel in duellis priuatis, modo accesserint ad locũ pugnę, & p ipsos nõ steterit, ꝙ certamen nõ fuerit subsecutũ iuxta Cõstit. Greg. Ibid. n. 30. Viden. Nau. cõs. 1. & 2. de purgat. vulgari. Vide Paulũ Comit. respons. moral lib. 6. q. 13. 14. 15. 16. 17. 18. vbi ad saturitatẽ materiã hãc examin.

Debitorem peruenire ad pinguiorem fortunam idẽ est quid peruenire ad statũ in quo deducto eo, quo indiget ad se decenter sustẽtãdũ potest soluere de his, quæ sibi supersũt. Nau. cõs. 2. de verb. signif.

Debitor ad pinguiorẽ fortunã veniẽs nõ tenetur in foro conscientiæ restituere suis creditoribus partem debiti à creditore sibi remissam, quãdo ex vera inopia, non autẽ ex propria malitia, illi nõ persoluit totum debitum, etiã si remissio facta fuerit sine iusta causa, & creditorũ vtilitate. Nau. cons. 6. de pactis.

E

Ebrietas excusat à tanto delicto, sed non à toto, 15. quæst. 1. canon. 9.

Ecclesiarũ Regular. & corporal. benedict. & re-

côcil.Passar.in notãdis Priuileg.méd. cap.18.& 19.

Ecclesia quãdo grauetur p statuta,vel per collectas.Duard.in Bullã Cęnę l.2,can.15.q.12.& q.19. n.4.11.80.& cã. 18.q.17.& q.20.n.4.& 14.eius.l.2.

Ecclesia locupletari non debet aliena iactura, nec velle, vt iurisdictio sæcularis defraudetur, aut Regum iurisdictioni præiudicetur. cap. licet, de foro compet.& cap.Nouit,de iudic.

Ecclesiastici sęculares,& Regulares de nocte ambulãtes per Ciuitatẽ carcerẽtur,& puniantur.Sacra Episcop.Cõg.12.Septẽb. 1594. Archiep.Rauẽnati.

Ecclesiastici committentes magna delicta grauius sunt puniendi,quã laici. Simanca de catholicis inst.tit.de Penis.De sortilegijs,cap.ex tuarũ tenore.

Ecclesiastici gaudere debent beneficio, quo gaudent ciues, cap. dilecti. De foro competenti.

Ecclesiastici quando, & à quibus compellendi ad tributa,Molina tom.3, disp. 672.

Ecclesiastici contribuere tenẽtur pro refectione viarũ,pontiũ &c,quando necessitas adest,nec sufficiunt laicorum vires,& facultates: cõpelli tamẽ nõ possunt à potestate laica,sed à Papa tãtũ,vel ab Ordinario loci,in casu quod nõ possint habere recursũ ad Papã.cap.Nõ minus,& c.Aduersus. De immun. Ecclesiar.Siluest.Immunitas 1.n.19.20.Leonardus Duardus in Bullam Cęnę canone 15.q.19.n.119.

Ecclesiastici non sunt exempti à legibus ciuilibus, Ecclesiasticæ libertati non contrarijs, sed ad bonam tantũ Reipublicæ administrationẽ spectãtibus,lz.nullã de Clericis faciant mentionẽ. Neq; cẽsentur præiudiciales,quãdo æque respiciunt beneficium Clericorum,& laicorum. Sãchez in Decalogũ parte 2.lib.7.cap.3.n. 20. intellige tamen ex quadã ho-

honestate, & æquitate, non autem de rigore iuris.

Ecclesia, & Ecclesiastici non grauantur, quando Princeps laicus præcipit omnibus colonis, vt soluant collectam ad ratam perticarum terræ, quas laborant, quia collecta ista imponitur personis pro rebus, quo casu persona cui imponitur est inspicienda: cum ergo colonus sit laicus, eius persona inspicitur, non autem persona Domini, siue laicus sit, siue Clericus; & quia statuitur vt collecta fiat super fructibus, onus ipsum respicit fructus, qui respectu partis colonicæ postquam sunt separati à solo, cuiuscunq; sint prædia, quæ coluntur, sunt ipsius coloni: & hac ratione onus decimæ spectat ad colonum pro parte sua. Innocentius in cap. cum non sit. De decimis. Glossa in Clementina prima, tit. eodem. Pars igitur colonica est ipsorum colonorum, qui subditi sunt statuentis. Purpuratus, cons. 485. & 594. parte 2. Graffius parte 1. decis. aurearum lib. 2. cap. 125. n. 22. 28. Azorius instit. moral. parte 1. lib. 5. cap. 19. 20. Salonius de contractibus parte 2. qu. 78. art. 5. controu. 2. fol. 177. Concil. Trid. sess. 25. cap. 20. Grillenzonius cons. 40. 71. 77. Federicus de Senis cons. 3. Rocchus de Curte tract. de consuetudine. Antonius Scappa tractatu de iure non scripto. Surdus cons. pro Archiepis. Mediolanensi. Gabriel Rom. respons. pro Gubernatore Mediolani. Cardinalis Tuscus Verbo immunitas, & libertas. Decianus in suis tractatibus. Item Bulla XIV. Pij V. Limita prout Graffius loco præcitato.

Ædificare ad æmulationem, quid sit. Iacobus Menochius de arbit. Iudic. casu 156.

Effectus superstitionem redolet, si naturæ vires excedat, nisi sit à Deo, aut ex institutione, vel ap-

probatione Ecclesiæ. Si requiritur fides in hominem sanantem. Si tribuitur artibus magicis. Si vanæ conditiones interueniant: Si tamen ex mera deuotione fiant, & nonnisi à Deo effectus expectetur, putando, Deum huiusmodi conditiones inspirasse alicui sancto viro, non audeo damnare, sed tolerabile mihi videtur. Caietanus in summa Verbo superstitio. Martinus del Rio, disquisit. magicar. lib. 3. parte 2. sect. 2. excusat post factum. Siluester. superstitio, q. 10. Sãchez in Decalogum parte 1. lib. 2. cap. 40. n. 9. 11. 22. 31. 33. 36. 37. 39. 40. 43. 44. 47.

Electioni canonicæ de se factæ, an sit melius consentire, vel renunciare D. Th. quolib. 5. q. 11. art. 22.

Electionis, & eligentium partes, potestas, & qualitates. Iacobus Menochius consf. 1228. & 1245.

Electio differri potest ex iusta causa, nec propterea electores priuantur iure eligendi. Glossa in cap. bene nouit. dist. 61. in Verbo vbi diu.

Electio facta præsente aliquo vocem non habente non redditur inualida, sed tantum illius votum non numeratur cum alijs suffragijs. Azorius instit. moral. parte 2. lib. 3. cap. 11. quæst. 20. Aloysius Riccius collect. 1759.

Electiones Regularium ad officia qua ratione fieri debeant, habetur in Summario Concilij Trid. can. 41. 42. Passarelli.

In Electione cum interuenit purus, & immaculatus consensus eligentium, dato quod in forma electionis, vel scrutinij sit erratum, & ex hoc posset electus turbari in foro contentioso; tamen in foro conscientiæ electus tutus est quoad Deum, quando maior pars, & sanior illum elegit purè, & sine fraude. Felinus consf. 38.

Ele-

Electio vt sit valida, oportet, vt quis eligatur à maiori parte totius Congregationis per tex. in cap. Quia propter. De electione, & cap. in Ecclesia 1. de electione. Siluester, electio 2. quæst. 9. Azorius parte 2. institut. moral. lib. 6. cap. 14. quæst. 11. vide littera A. Verbo Actus.

Electiones cassandæ sunt. Primo si requisitus antequam esset electus consensit electioni de se faciendæ, quia præsumitur ambitiosus. Secundo electiones clandestinæ, quæ in cubiculis per occulta conuenticula fiunt. Tertio electiones, quas electores inter se tenent secretas, cum celebratæ solemniter publicari debeant. Siluester electio 1. quæst. 11. Azorius vbi supra quæst. 12.

Electio si tenuit iure naturali, quia interuenit consensus eligentium, sed non tenuit iure positiuo, quia omissa fuerunt substantialia, si electus confirmetur, erit verus Prælatus, nec tenebitur in foro conscientiæ resignare &c. Innocentius quem sequuntur Doctores in cap. Quod sicut, de electione. Siluester, vbi supra.

Electio facta, forma non seruata, iure humano introducta, si concurrant requisita iure naturali, & diuino, an sit valida. Vide Innocentium in cap. supra citato; & Nauar. consil. 2. & 4. de electione.

Electio in qua seruanda est forma cap. quia propter, de electione, non potest fieri de nocte. Panormitanus in dicto cap. 1. & Felinus. Si tamen fiat, tenet ex communi Doctorum sententia.

Electione facta, & schedula alba in vrna inuenta, non inualidatur electio; & defectus clandestinus vnius de capitulo nocere nō debet capitulo id ignoranti, nec actui ab eo alias legitimè facto. cap. fin.

de Procuratoribus. Nauar. conſ. 4. de electione.

In Electione, quæ fieri debet per vota ſecreta, nomina eligentium nō ſunt publicanda. Concilium Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 6. Si ſecus fiat, electio tenet. Nauar. conſ. 4. de electione, cap. cum nobis. De electione, iuncta Gloſſa, & cap. Bonæ memor. de Poſtulat. & cap. oblatę, de appellationibus.

Electio eſt perſonæ facta vocatio ad officium, vel ad ſocietatem. Hoſtienſis in ſumma, de electione n. 1. Abbas in Rub. de Poſtulat. n. 2. ita vt vocem in electione habere non poſſit, qui non eſt de corpore ſocietatis. Roman. conſ. 332. n. 11. & 12. Decius, & Abbas in cap. 1. de electione n. 11.

Eligendi ius oritur ex voce, quam quis habet, putà quia ſit pars, vel membrum illius corporis. Abbas vt ſupra n. finali: & licet vnus ſit aſſiſtens vel ſuperior, ſi non ſit pars, vel membrum illius corporis, non habebit vocem. Abbas in cap. auctoritate, de inſtitutionibus. Decius in Rub. de electione n. 30. Romanus conſ. 259.

Eligens indignum priuatur eligendi facultate, quando ſcienter indignum elegit. Menochius conſ. 783. n. 8.

Eleemoſinam faciens de alterius mandato, poteſt eam ſibi facere, & ſuis conſanguineis, ſi ſint in neceſſitate. Felinus in cap. irrefragabili. De officio Iudicis ordinarij. Nauar. conſ. 4. de iniurijs. Et conſ. 23. de Voto, & voti redempt. & conſ. 12. de celebratione Miſſarum.

Eleemoſinam quærens fingendo ſe pauperem, infirmum, ſanctum &c. duplex committit peccatum, primum hac fictione mentiēdo, ſecūdum alienum retinendo. cap. Ne quis 22. quæſt. 2. Armilla. reſtitu-

restitutio 46. Suarez de Religione tom. 2. lib. 4. cap. 18. n. 7. Molina tomo 1. de Iustitia &c. tractatu 2. disp. 210. Siluester, vsura 3. qu. 10. Nauar. in Man. cap. 17. n. 107. & cons. 79. de Regularibus, & cons. vnico de Mendicantibus fol. mihi 295. impressionis Brixiensis. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 59. n. 14. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Donatio. 23. Bonacina de contractibus, disp. 3. quæst. 1. puncto 4. n. 2. Menochius de arbitr. Iud. casu 532. Nauar. com. de lege pœnali nu. 25. Naldus qu. pract. Verbo Eleem.

Eleemosinam possunt facere Regulares, & hoc non est donare contra Bullam Clementis VIII. Riccius prax. aureæ resolut. 25. D. Thomas quolibeto 3. quæst. 6. art. 15. Graffius decis. aurearum parte 1. lib. 3. cap. 5. n. 63. Rodriquez quæst. regul. tomo 2. q. 57. art. 2. & hoc cum expressa vel tacita suorum Prælatorum licentia. Immo etiam ipsis contradicentibus, in extrema necessitate tantum.

Emphyteuta potest in pristinum restitui non obstante caducitate, per Prelatum, vel Dominum directi. Bonacina, de contractibus disp. 3. quæst. 8. puncto 4. n. 39.

Emptione facta, si res pereat, quãuis Emptori nõ fuerit possessio tradita, si venditor non fuit in mora tradendi, vel culpa sua non perijt, Emptori perit. Siluester. Emptio. q. 2. & vsura 2. q. 11. Leonardus Lessius de Iust. & Iure cap. 21. n. 96. & 109.

Episcopus ex magna, & euidēti causa statuere potest cōtra ius Canonicũ. Nau. cõs. 3. de celebr. Miss.

Episcopus non potest absoluere in foro conscientiæ occultos hæreticos. Riccius prax. fori Ecclesiastici decis. 552. Nauar. cons. 1. de Constitutionibus quæst. 48. n. 88. & cons. 15. & 43. de sent. excom. &

in Man.cap.27.n.275.Sanchez de matrimonio tom. 1.lib.2.disp.40.n.3. Franciscus Pegna tertia parte direct. Inquisit. comment. 141. Io: Galemart decis. Concil. sess. 24. cap. 6. Antonius Sanctarellus de hęresi cap. 5.

Episcopus nominatus ab vrbe pro aliqua absolutione in foro conscientiæ, si dicatur, non tamen eius Vicario, seu Vicarijs prout aliquando dicitur in Concilio Tridentino, potest absolutionem alteri delegare, si tamen hæc facultas eidem tribuatur ratione officij, & dignitatis. Nauar. cons. 15. de sent. excom. & cons. 2. de officio Iud. deleg. & in Man. cap. 27. n. 45. & cons. 12. de Pœnit. & remiss. Sanchez de matrimonio tomo 1. lib. 2. disp. 40. n. 14. & in decalogum parte 1. cap. 11. n. 23.

Episcopus facultatem coucedere potest suis Clericis; vt iudici laico se supponant. cap. Clericum 1. & 2. 11. quæst. 1. hodie non licet. Vide Glos. hic Verbo, absq; Pontificis.

Episcopus non potest reseruare sibi casus Papæ reseruatos. Sacra Episcoporum Congregatio 19. Aprilis 1583. Episcopo Ciuitatis Castelli. Idem innuitur in Decreto Sacræ Congregationis de mandato Clementis VIII. facto pro casibus reseruatis 16. Nouembris 1601.

Episcopus potest examinare quoscunq; Confessarios, etiam Regulares à prędecessore approbatos; & minus idoneos reprobare. Sacra Episcoporum Congregatio 22. Aprilis 1596. Vicario Toletano.

Episcopus carcerare potest Regulares non associatos, non decenter vestitos, nec debita modestia incedentes, seruata tamen dispositione Concilij Tridentini contra Regulares delinquentes extra

claustra

claustra. Sacra Episcoporum Congregatio 15. Decembris 1584. Episcopo Andriæ.

Episcopus prædicare potest in quacumq; Ecclesia suæ diœcesis, etiam Regularium, nec ab aliquo impediri potest. Sacra Episcoporum Congregatio 17. Ianuarij 1584. Prouinciali Lombardiæ Dominicano.

Episcopus potest apprehēdi facere Clericos per laicos, nec ille, nec isti incidunt in excommunicationem. cap. si Clericos. De sent. excom. in 6. & cap. vt famæ tuæ. De sent. excom.

Episcopi attento iure communi, cum sint Inquisitores, iure diuino, possunt concedere facultatem legendi, & retinendi libros vetitos; non tamen hæreticorum, hæreses continentium, vel de Religione tractantium. Regula 2.3.5. Indicis librorum prohibitorum. Item lib. eodem tit. de prohibitione librorum §. 2. ratio est, quia priuilegia Inquisitoribus delegatis per Sanctam Sedem concessa, intelliguntur cumulatiue concessa Episcopis. Franciscus Pegna tertia direct. parte Inquisitorum comm. 105. 123. 135. Sanchez parte 1. in Decalogum lib. 2. cap. 10. n. 43. Farinacius quæst. 180. §. 1. n. 37. Leonardus Duardus in Bullam Cęnę lib. 2. can. 1. quæst. 53. Nauar. cons. 1. de constit. n. 75. quæst. 36. Reginaldus tomo 1. prax. fori pœnitent. lib. 9. sect. 3. dub. 5. n. 255. Sed hodie cessant doctrinæ istæ, quoniam Gregorius XV. 30. Decembris 1623. sua constitutione decreuit, facultatem concedendi licentias retinendi, & legendi libros vetitos spectare ad Illustrissimos, & Reuerendissimos Dominos Cardinales generales Inquisitores.

Episcopus contumeliam, vel paratas insidias à

Clerico

Clerico recipiens, eum tradere debet brachio fęculari. Petrus Cenedus colleƈt.7.ad decretum. Vide Clementinam. fi quis fuadente. De Pœnis.

Epifcopus peccat non petendo remiffionem Clerici detenti apud Iudicem laicum. Riccius prax. aureæ refolut. 475.

Epifcopi excommunicare non poffunt Regulares. Fallit in quibufdam cafibus. Aloyfius Riccius prax. aureæ refolut. 210. cap. Romana Ecclefia. De fent.excom.in 6.& cap. A nobis. De fent. excom.præfertim quando procedunt tamquā Sedis Apoftolicæ delegati. Vide Regulares exempti.

Epifcopus excommunicare non poteft fubditum exiftentem extra diœcefim. Fallit fi non refideat in beneficio fuę diœcefis. Poteft etiam excommunicare citatum, fi non compareat antequam recedat. Riccius prax. aureæ refol. 192.

Epifcopi ligare non poffunt cenfuris Conciliaribus, aut Synodalibus Regulares exemptos. Sorbo, & Confeƈtius compend. priuileg. mendic. Verbo accedere, & ingredi Monafteria Monialium. Excommunicatio, exemptio, conueniri in Iudicio. Stephanus Quarāta, Verbo Monafteria Monialium, & præcedentia. Nauar.conf.4.& 23. de Priuilegijs. Siluefter, excommunicatio 2. n. 12. Canoniftæ in cap. fi Clericos, de fent.excom.in 6. Clementina, Frequens, de exceffibus Prelatorum. Nauar. conf. 2. de Sepulturis, & conf.8. de Officio Iudicis ordin. Enriquez theolog.moral.lib.7.cap.24.25.cap. Nimis 2. de exceff. Prelatorum. cap. A nobis 1. de fent. excom. & cap. Romana Ecclefia. tit. eodem in 6.

Epifcopum decet audire, vel dicere miffam quotidie, non tamen ad id tenetur. Nauar. Man. cap.

21. n. 2.& conſ. 2.de pœnit.& remiſs.

Epiſcopus abſoluere poteſt ſuos ſubditos à caſibus reſeruatis poſt Conc. Trid. quia Conc. non diſtinguit inter reſeruationes præteritas, & futuras: dummodo in reſeruatione non derogetur ſufficienter Concilio. Nauar. conſ. 43. de ſent. excommunic.

Epiſcopus non poteſt dare licentiam, vt Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum aſſeruetur pro adoratione in Eccleſia non parochiali. Ita Sacra Congregatio. Aloyſius Riccius deciſ. 576.

Epiſcopus ex voto Sacræ Congregationis, non poteſt ſibi eligere Confeſſarium ſibi non ſubditum, & non approbatum à ſuo Epiſcopo. Riccius deciſ. 548. Nauar. conſ. 12. de pœnit. & remiſſion.

Epiſcopus poteſt viſitare Cõfraternitates exiſtẽtes in Eccleſijs Regularium, non autem capellas, vel Altaria Eccleſiarum. Sacra Congregatio. Ricci'ˢ deciſ. 576. Conſtitutio Clem. VIII. 1604. 24. Decembris. Quaranta V. Confratern. Naldus practicarum quæſt. Verbo viſitare n. 6.

Epiſcopi vſque ad Clementem V. & Ioannem XXII. pręcedebant Cardinales. Felinus in cap. ſuper his. De fide inſtrumentorum. Et nullus eo tempore reperiebatur Epiſcopus vſq; ad Bonifacij tempora, qui vellet eſſe Cardinalis. Petrus Cenedus parte 2. collect. 115. n. 1. ad Decretales.

Epiſcopus renuncians Epiſcopatui peccandi occaſionem tacitè quærit. cap. Niſi. de Renunciationibus. Nauar. conſ. 4. de Renunciat. D. Thomas quolibeto 5. quæſt. 11. art. 22. Emmanuel Rodriquez in Summa parte 2. cap. 10. concluſ. 3.

Epiſcopus in caſum occultum Papæ reſeruatum incidens, iuriſdictionem quam habet à Concilio, delega-

delegare potest suo Confessario, vt absoluatur. Megala institut. confes. lib. 1. cap. 13. n. 14.

Episcopus subtrahere potest ab officio diuino duos canonicos sibi assistentes, & habebunt fructus præbendæ, non tamen quotidianas distributiones, & receptas tenentur restituere. Absentes ob vtilitatem suæ Ecclesiæ, & non alterius, possunt distributiones quotidianas recipere. Ita Sacra Congregatio Cardin. Concilij Tridentini.

Episcopi limitare non possunt iurisdictionem Regularibus concessam à Papa. Siluester. Confessor. 2. 4. Armilla absolutio 25. cap. Inferior dist. 21.

Episcopi ex vi Constit. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, non possunt præscribere Regularibus, vt certis tantum in locis, temporibus, certarum personarum confessiones audiant; nec eorum priuilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Sacra Congregatio in respons. ad secundum dubium.

Episcopus non potest sine causa dispensare in Constitutionibus diœcesanis, & in Cõstitutionibus prouincialibus, neq; Archiepiscopus sine causa iusta, & in casibus particularibus tantùm: videlicet quando non potest haberi recursus ad Papam, vel quando Episcopi non sunt congregati in Concilio. Sanchez tomo 3. de Matrimonio lib. 8. disp. 17. n. 4. Azorius parte 2. lib. 3. cap. 47. in fine. Suarez de legibus l. 6. c. 15. Paulus Fuscius singulariũ iuris. Verbo Episcopus n. 26. Nauar. conf. 3. de celebr. Miss.

Episcopus non potest indistinctè vocare ad processiones mendicantes. Calder. conf. 8. de Regularibus.

Episcopus bis, aut ter cum humilitate, & reue-

rentia

rentia à Regularibus rogatus ad aliquid agendum, si renuat, quid eo in casu agendum. cap. 1. de supplenda neglig. Prælator. Rodriquez quæst. regul. tomo 1. quæst. 19. art. 4.

Episcopus ex iusta causa, & de consensu hæredum mutare potest testatoris voluntatem, hoc est legatum pium in alium pium vsum æqualem, aut maiorem. Ludouicus Molina de Iust. tomo 1. disp. 249. Rodriquez quæstion. Regular. tom. 2. quæst. 125. art. 9. 10. Nauar. cons. 2. de rebus Ecclesiæ non alienan. & cons. 5. de Præbend. & dignit. Felinus cons. 42. n. 17. Comitolus responsor. moral. lib. 7. quęst. 9. Graffius decis. aurearum parte 1. lib. 2. cap. 53. n. 10. 11. Ludouicus Beia cas. conscient. Bononiæ parte 4. casu 22. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 24. Concil. Trident. sess. 7. cap. vltimo, & sess. 22. cap. 6. 8. de Reformatione, & sess. 25. cap. 8. de Reformat. Nau. cons. 5. de præbendis, & dignit.

Episcopus cum non sit Iudex competens Regularium, nō potest illos excommunicatos denunciare, quia nullus pro tali est denunciandus, nisi prius citatus sit, & auditus. Nauar. cons. 3. & 4. de sent. excom. An vero pro tali publicatus absq; citatione, & monitione sit vere excommunicatus. Nauar. cons. ijsdem. Rodriquez quæst. regular. tomo 2. q. 63. art. 11. Riccius decis. 276. partis secundę. Oppositum innuere videtur Clementina prima de Priuilegijs. Praxis Archiep. Neapol. cap. 8. n. 4.

Episcopi alieni iurisdictio prorogari non potest à subditis Episcopi Originarij, & legitimi eodem inuito. cap. Significasti, de Foro competenti.

Episcopus dispensare potest cum homicida voluntario, quoad beneficium simplex, & etiam quo

ad

ad beneficium ante irregularitatem obtentum, non autem quoad Sacros Ordines. Nauar. conf. 13. de offic. iudic. ordin. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Irregularitas, ex illicita n. 7.

Episcopi prohibere non possunt Regularibus in Oppidis existentibus, ne celebrent ante Missam parochialem, Rodriquez quæst. regular. tomo 1. q. 43. art. 7. & tomo 2. quæst. 64. art. 11. & tomo 3. q. 27. art. 1. & quæst. 32. art. 7. Siluester. Missa quæst. 5.

Episcopi statutum ligans excommunicatione accedentes ad Monialium Monasteria, ligat subditos accedentes ad Monasteria sibi subiecta, non autem accedentes ad Monasteria Regularibus subiecta; nisi specialis mẽtio fiat de Cœnobijs exemptis. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 33. Sed replicari potest statutum Episcopi afficere accedentes ad quæcumq; Monasteria absq; speciali exemptorum mentione, quia ex Concilio Tridentino Episcopi à Sancta Sede sunt delegati pro conseruanda Monialium Clausura, quæ ob frequentes accessus posset aliqua ex parte violari. Riccius prax. aureæ resol. 181. Vide Bullam Gregorij XV. de exemptorum priuil. 1622. 5. Februarij.

Episcopatum tenetur deponere, qui non est ad illum idoneus. Suarez tomo 3. de Religione cap. 16. Nauar. Man. cap. 23. num. 47. Azorius instit. moral. parte 3. lib. 3. cap. 28. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Episcopus 4. Tabienna, Episcopus n. 2. Iulius Clarus §. fin. quæst. 73. Iacobus Menochius de arbit. Iudic. casu 421. 423. vbi aliqua huic negotio accommodata. Nauar. conf. 4. de renunciat. Grisaldus decis. fid. cathol. Verbo Episcopus.

Episcopatum appetere an liceat. D. Thomas quoli-

quolibeto 12.quęst.11.art.17.Item quolib.3.quęst. 4. art. 9. Canon. Superior. dist. 8. Nauar.de Oratione miscellaneo 77. Grisald. decis. fid. V. Episcopus.

Ætas quomodo probetur, Farinacius parte prima fragmentorum n. 183.& Rotæ Romanæ decis. 262.

Ætatem talem se habere asserens, tenetur illam probare. Aloysius Riccius collectan. 1677.

Eucharistiam frequentare cupientibus quid sit consulendum, Ludouicus Beia cas.conscientiæ Boloniæ parte 1. casu 8.

Eucharistiam ministrans infirmo,& ignorans excommunicationem annexam, potest excusari in foro exteriori. Riccius parte 3. resolut. 55.

Eucharistiæ Sacramentum non exponendum,nisi ob publicam causam. Pro particularibus autem exponatur aperto tabernaculi ostiolo tantum, siue cum pixide velo cooperta. Congregatio Episcoporum 7. Septembris 1598. Episcopo Dertonæ.

Eucharistiam non sumens (monitus tamē prius) in die Resurrectionis Domini, suspectus est de hęresi. Farin. Rotæ Rom. decis. 22.

Eunuchi non possunt matrimonium contrahere, & contractum est nullum, ex Decreto Sixti V. Sanchez,de Matrimonio. tom.2.lib.7.disp.92. Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo Matrimonium. Sacra Episcoporum Congregatio 10. Maij 1583. Episcopo Terracinæ.

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.Intelligitur de casibus non exceptis dissimilibus ijs, qui sunt excepti,non autem de similibus; Dominicus in cap.Qualis 25.dist.Glossa 1. cap. Si tibi absenti.

absenti, de Prębendis in 6. Item qui de vno dicit, de alio negat, intelligitur negare de alio dissimili, non autem de alio simili. Nauar. de Pœnitentia dist. 6. cap. 1. §. laboret n. 20.

Excommunicationes latæ ad effectum reuelandi, non ligant ex iusta causa non reuelantes. Nauar. in Man. 25. n. 46. vsq; ad 50. & cap. 27. n. 16. & cap. 17. n. 114. 134. cons. 7. de sent. excomm.

Excommunicatio generalis lata ab Ordinarijs, vt qui furtum fecerit &c. non ligat nisi suos subditos, cap. A nobis 1. de sent. excom. Suarez de legibus lib. 3. cap. 33. n. 8. Rodriquez in summa cap. 251. concl. 4.

Excommunicatio maior non ligat nisi contumaces, & inobedientes, Mathei 18. si te non audierit &c. Qui vero probabiliter ignorat censuram fuisse latam, non incurrit. Dominicus Soto in 4. sent. dist. 22. quæst. 1. art. 2. vers. 4. Demum casus. Nauar. in Man. cap. 27. n. 274. Graffius decis. aurear. parte 1. lib. 2. cap. 65. num. 28. limita quoad forum interius; quia in exteriori foro declarabitur incidisse.

Excommunicatio lata contra Regulares scribẽtes litteras Monialibus, non incurritur, nisi postquam litteræ peruenerint ad manus Monialium. Nauar. cons. 60. de sent. excom. Rodriquez quæst. regul. tomo 2. quæst. 66. art. 2. & ratio est quia in odiosis requiritur completio actus, neq; pœnę sunt extendendæ de vno ad alium casum, immo strictè, & in suis terminis tantum sunt interpretandæ. cap. Pęnę. de Pœnitentia dist. 1.

Excommunicatio lata per Pręlatos Regulares sine scripto inducit irregularitatem, dispensari tamẽ potest per suos Generales. Rodriquez quęst. regul.

tomo

tomo 1. quæst. 20. art. 20. & quæst. 24. art. 3. 13. 14.

Excommunicatio, si quis suadente Diabolo &c. ad hoc vt incurratur, tria requiruntur. Riccius decis. 707.

Excommunicatio in dubio præsumitur iusta. Riccius collect. 1748.

Excommunicatio sine monitione lata regulariter valet. cap. Is qui. de sent. excommunic. in 6. Declaratio tamen, quod quis excommunicatus est excommunicatus, non valet sine citatione. Glossa Clem. 1. de censibus, Verbo, Si constiterit. Et appellari potest à declaratione; & hæc illam suspendit: Glossa in cap. cupientes, de electione in 6. Felinus in cap. Rodulphus, de rescriptis n. 41. Nauar. cons. 35. 65. de sent. excommun.

Excommunicatio generaliter lata contra facientes aliquid, non includit nisi peccantes mortaliter. cap. Nemo, & cap. Nullus quæst. 3. Hinc Gregorius VII. declarauit, edictum de vitandis excommunicatis, non includere eos, qui piè sine peccato eis cõmunicant. cap. Quoniam multos 11. quæst. 3. Innocentius vero III. cap. Inter alia, de sent. excommunic. declarauit, quod non obstante edicto de vitandis excommunicatis, possunt communicare alij illis, ea faciendo, ad quæ tenebantur, antequam excommunicarentur, præsertim, quia excommunicatio continens errorem intollerabilem non valet. cap. Venerabilibus, de sent. excommunic. in 6. vt quæ fertur contra faciẽtem eleemosinam, vel aliud opus, ex suo genere bonum. Nauar. cons. 58. & 75. de sent. excomm.

Excommunicatus in causa hæresis, & insordescens per annum, damnatur vt hæreticus; si vero ex

alia causa fuerit excommunicatus,& per annum insorduerit, habetur pro conuicto. 11. quæst. 3. can. Rursus. Riccius collect. 310. Nau. conf. 43. de sent. excom. cap. grauem, de pœnis.

Excommunicatus insordescens vltra annum, si laicus fuerit, priuari poterit iurepatronatus,& alijs iuribus ab Ecclesia obtentis: si fuerit Clericus beneficio priuandus erit. cap. fin. de Pœnis, vbi dicitur: Nec caret scrupulo hæreticæ prauitatis. Canonistæ ibidem. Henriquez summa theolog. moral. lib. 13. cap. 4. n. 5. Graffius decis. aurearum parte 1. lib. 2. cap. 76. n. 8. Farinac. quæst. 192. n. 31. & Rom. decis. 181. 196. 202. Nauar. conf. 53. de sent. excom.

Excommunicato nominatim scienter communicans in crimine criminoso, vtputà consilium, auxilium,& fauorem, impendendo ad illud; quod alias excommunicatus non erat facturus, ligatur excommunicatione eadem. cap. Nuper,& cap. significauit. De sent. excom. D. Thomas in quæstionibus additis ad tertiam partem quæst. 23. art. 2.

Excommunicatus inuitus absolui potest. Siluester. Absolutio 4. quæst. 6. Graffius decis. aurear. parte 1. lib. 4. cap. 26. n. 5. Rodriquez in summa cap. 83. concl. 12. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 29. n. 15. Quidam volunt, id verum esse de excommunicato ab homine, non autem de excommunicato à iure.

Excommunicatus excommunicatione Papali, & Episcopali, sublata & absoluta Papali, non intelligitur, quod de iure sublata sit Episcopalis; contrarium autem seruatur in praxi. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 261. Suarez 3. p. t. 4. disp. 31. sect. 4. Riccius decis. 576. Graffius decis. aurear. parte 1. lib. 1. cap. 13. n. 62. Naldus quæst. practic. V. Episcopus n. 8.

Excom-

Excommunicatus excommunicatione maiori, si absoluatur à peccatis, non autem ab excommunicatione, absoluens committit sacrilegium, absolutio tamen à peccatis erit valida, nec tenebitur confessionem iterare. Nauar.in Man.cap.9. n.4. 5. & cap.26.n.7. Rodriquez quæst.regul. tomo 1. quæst. 21. art. 4. Ludouicus Beia cas. conscient. Bononiæ parte 3. casu 4. Oppositum docet Lactantius Finellus de cas. reser. cap.10.n.8.

Excommunicatus contenere censuram quando dicatur. cap. grauem, de pœnis. Abbas ibidem. Prax. Archiep. Neapol.cap.8.n.4.

Excommunicatus occultus, aut Irregularis, siue casibus reseruatis ligatus, petita per Confessarium absolutione, & à superiore non obtenta, poterit contritus celebrare, ad graue scandalum, vel periculum euitandum. Rodriquez quæst.regul.tomo 1. quæst. 20.art.30.& quæst.21.art.4. Coriolanus de casibus reser. parte 1.sect.1.art.17. sub finem. Petrus Cenedus collect.25.ad Decretales n.3.

Excommunicatus perdit fructus, & distributiones beneficij eo modo, quo dicitur in cap. Pastoralis, de appellat. Nauar. cons.2.de Clerico excommunic.& 7. de sent. excomm.

Excommunicatus non facit fructus suos, neq; ad propriam sustentationem, quando petere potest absolutionem; nisi excusetur pro tempore, quo nõ possit absolutionem obtinere: vel si ignoret, vel non aduertat, se esse excommunicatum; quo in casu non potest absolutionem moraliter petere. Nauar. cons. 7.& 27.de sent.excomm.& cons.7. de Iurepatronatus. Riccius prax. aureæ resolut.385.

Excommunicatum denunciatum non euitare, re-

gulariter est peccatum veniale tantum. Canonistę in cap.Sacris. De ijs quæ vi, metusue causa fiunt. D.Thomas,& alij 4.sent.dist. 18. Nauar. de Pœnitentia distin. 6. cap. 1.n.18.§.Laboret. Henriquez theolog. moral.lib.13.cap.8. Rodriquez in summa cap. 82. Intellige dummodo id fiat absq; contemptu,& sine scandalo. Nauar.cons.15.n.3.de hæreticis,& 24.de sent. excom. Communicare vero in diuinis, vt Missam audiendo,mortale est. ibid.

Excommunicatus,sed pro tali non denunciatus, peccat mortaliter alijs communicando. Nauar.vbi supra n.24.& cons.16.de sent.excomm.Rodriquez cap.eodem.Præsertim in Sacramentis,& officijs diuinis. Henriquez theolog.moral.lib.13.cap.5.n.1.

Excommunicatus, si moriendo contritionis signa ostendat,dicitur absolutus coram Deo; requiritur tamen,quod absoluatur ab Ecclesia, vt pro eo possit orari. cap.A nobis. 2. de sent.excom.

Excommunicatus Actor esse non potest,quia ius excommunicato dici non debet; sed regula fallit in causis Sancti Officij,quia ius non dicitur excommunicato, sed Deo,cuius causa directè agitur,dum fides defenditur. Martinus Rius disquisit.magicar. lib. 5.sect.6.n.1.

Excommunicati nō sunt statutarij, qui pura mēte,& recto animo, nolentes contra Ecclesiæ libertatem aliquid statuere, consulunt Doctores litteratos; seu statutorum examen, & recognitionem remittunt huiusmodi Doctoribus, à quibus certificantur, quod nihil adsit contra Ecclesiæ libertatē; quamuis statuta contineant aliqua libertati Ecclesiæ repugnantia; excusantur enim, quia agunt ex ignorantia plusquam probabili, & ita nec apud

Deum

Deum, nec apud Ecclesiam agunt contra ipsius libertatem, quia fecerunt quantum in se est; & quod probos viros decet, propterea & à tanto, & à toto excusantur. Caietanus in summa, Verbo excommunicatio.

Excommunicato Episcopo, non censetur excommunicatus Vicarius illius. cap. 1. de officio Vicarij in 6.

Excommunicatos admittentes scienter, & sponte in Officijs diuinis, sunt excommunicati, per Papã tantùm absoluendi. cap. significauit, de sent. excom. & loquitur ibi Papa de Clericis excommunicatos admittentibus.

Excommunicatus ob Clerici percussionem, iurare debet, dum absoluitur, quod Religiosos, siuè Clericos non percutiet amplius: fallit regula, quando percussor, & percussus viuunt in eadem Ecclesia, vel in eadem domo ad vnam mẽsam, hi enim facilius veniunt ad verba, & ad facta, & hac ratione præter excommunicationẽ, peccarent periurij peccato. Sayrus de censuris lib. 2. cap. 18. num. 23.

Excommunicatus absolutus cum reincidentia, lapso tempore, statim reincidit absq; alia declaratione. Riccius decis. 705. & decis. 10. secundæ partis.

Excommunicatus, qui interest diuinis officijs, nullam incurrit irregularitatem, nisi faciat aliquem actum Ordini Sacro annexum. Nauar. cons. 25. de temporibus ordinationum.

Excommunicatus occultus beneficiatus monendus est à Confessario, vt distributiones quotidianas sibi quæsitas restituat eis, quibus accreuerunt. Nau. cons. 27. de sent. excommunic. Potest tamen retine-

re sibi fructus alios sui beneficij. Ibidem.

Excommunicatus Ecclesiasticos ordines suscipiens, absolui, & dispensari non potest ab Ordinarijs, sed tantum à Papa. cap. cum illorum. de sent. excommunicationis: & Regularis est suspensus ab executione ordinis; & monitus, nec desistens deponendus est. cap. Clerici. cap. latores. cap. illud. cap. si celebret. De Clerico excommunicato ministrante. Nauar. in Man. cap. 25. n. 72.

Excommunicatus ob Clerici percussionem, & non denunciatus, est euitandus. cap. cum non ab homine, & cap. cum desideres, de sent. excom.

Excommunicatus per Papam absoluendus, & impeditus, absolui potest per Episcopum. cap. quæ de his. cap. Relatum. cap. Quamuis. cap. Mulieres. cap. de Cætero. cap. Ea noscitur. de sent. excomm. Item cap. eos. de sententiâ excomm. in 6. Glossa in cap. Religioso tit. eodem. Rodriquez in summa tomo 1. cap. 55. n. 16. Emmanuel Sà Aphor. Cōfess. Excommunicatio, §. Absolutio &c. n. 8. Naldus quæst. practicarum, Eleemosina n. 3. Confectius compend. priuileg. mendicant. fol. mihi 275. Venetijs impresso. Nauar. consi. 15. de pœnit. & remiss. & de sent. excom. cons. 6. 14. 18. 39.

Excommunicatus à suo Episcopo an possit absolui ab alio Episcopo. Lucas Floronus casuum reseruatorum parte. 1. cap. 4. §. 24.

Excōmunicatus nō est ille, cui placet, vel cōsensit simpliciter, vt alius pcutiat iniustè Clericū, suo proprio nomine, & sine mādato ipsius, etiāsi postea ratificet. c. cū quis, de sēt. exc. in 6. Nau. cōs. 19. de hom.

Excommunicatus iustè post habitam contritionem, gaudet suffragijs generalibus totius Ecclesiæ,

& com-

& cõmunicat in omnibus bonis ſpiritualibus, ac ſi non eſſet excommunicatus: id tamen verum eſt, quando ſatagit quęrere abſolutionem. Nauar. Man. cap. 27. n. 17. 18. & conſ. 17. de Pœnit. & remiſſ.

Excommunicari nullus poteſt pro peccato præterito, niſi ſit notorium, vel fuerit de illo condemnatus, & noluerit parere. Nauar. conſ. 6. de accuſat. & 4. de ſent. excom.

Excommunicari non poſſunt, nec debent locuſtæ, & alia animalia; pijs tamen operibus, orationibus, & ieiunijs poſſunt fugari. Nauar. conſ. 5. de ſent. excom. Riccius prax. aureæ reſolut. 408.

Exculpatio à Reis facta, ſiue in Confeſſione Sacramentali, ſiue in patibulo ad fauorem aliquorum, non tollit plenas delicti probationes, & multo minus propriam Confeſſionem; debilitat tamen probationes, & delictorum confeſſiones. Farinacius conſ. 66. n. 15. Menochius conſ. 788. n. 19.

Executor teſtamenti eligere non poteſt proprios filios loco pauperum. Calderinus conſ. 31. de Teſtamentis, & conſ. 39. tit. eodem. Oppoſitum ſentit Felinus in cap. Irrefragabili, de officio Iudicis ordinarij, cum additione. Bonacina de contractibus diſputatione 3. quæſt. vltima punc. vlt. propoſ. 2. num. 9.

Exemptionem à iuriſdictione Ordinarij Papa quandoq; concedit. Aloyſius Riccius prax. aureę reſolut. 279.

Exhæredare Eccleſia non vult donantes, nec deſcendentes neceſſarios à Donatoribus. cap. quicumq; 16. quæſt. 7.

Exhæredatio, & præteritio aſcendentium, & deſcendentium, quando valida ſit, ſeu inualida. Lu-

douicus Molina tomo 1. de Iust. disp. 175.

Exorcizandi Dęmones increpatoriè potestatem habent omnes Christiani. In nomine meo Dęmonia eiicient, Marci vltimo. D. Thom. 2. 2. quæst. 90. art. 2. & hanc potestatem nullus inferior Papa, & forte nec ipse Papa auferre potest.

Exorcizandi vero Arreptitios, siue à Dęmonibus obsessos non videtur restringi posse ab inferiore Papa, quòad potestatem generalem, quam habent Christiani iure diuino; nec etiam ipse Papa id potest in totum, saltem sine iusta causa. Quo vero ad particularem potestatem, quam habent quidam particulariter deputati ab Episcopis, in quibusdā locis, potest restringi ad aliqua seruanda, nimirum vt stola, & superpelliceo vtantur, & id fiat cum debita modestia. Nauar. cons. 5. de maiorit. & obed.

Expensæ ab eo sunt soluendæ, ad cuius vtilitatem fuerunt factæ. Panormitanus, & Felinus cap. 1. de Testamentis.

Expensæ in solidum sunt soluendæ à Reis complicibus, quando dedita opera, & communi consensu delinquunt: si verò delinquant extempore, videlicet occasione socij, vt illum tueantur, tunc Conscij tenebuntur ad ratam tantum. Repertorium Inquisitorum, Verbo Expensæ. Iulius Clarus §. fin. quæst. 62. & 84.

Expensę Commissario ab Actore sunt persoluendæ: sed Reo culpabili reperto, hic expensas omnes Actori persoluet. Sacra Episcoporum Congregatio 15. Februarij 1583. Archiepiscopo Rossani.

Extractus ab Ecclesia blandis verbis, restitui debet. Riccius prax. aureæ resolut. 328.

Extrahere, vel trahere quid significet. Menochius cons. 1207.

Falsi-

F Alsitatis præsumptiones sunt probationes, cum non agitur de pœna capitali. Farinacius cons. 11.

Falsitas, arbitraria pœna punitur. Farinacius cons. 11. Menochius de arbit. Iudic. casu 315. At falsitatis suspicionem tollit bona fama. Farinacius, & Menochius vbi supra.

Falsitas in dubio non præsumitur, omnisq; interpretatio facienda est, vt euitetur; nec est probanda per coniecturas, sed per rationes concludentes; & in dubio dolus non præsumitur, sed error, & ignorantia præsertim in homine bonæ famæ. Farinacius cons. 18. num. 5. 6. 9. & Rot. Roman. decis. 42. 121. 366. 367.

Falsitas commissa non præsumitur, vbi ex reuolutione cartarum, & ex lectione scripturæ poterat facilè deprehendi. Farinacius cons. 18. n. 13.

Falsitas consummata, nocendi animo facta, & ad nocendum apta, licet non nocuerit, puniri potest pœna ordinaria. Farinacius cons. 108. n. 7.

Falsitas non præsumitur, nisi quando probationes illam necessario concludunt. Farinacius cons. 108. num. 25.

Falsum committens nemini nocibile, punitur pœna arbitraria tantum; quando tamen habuit animum nocendi, & quoad se fecit quantum potuit, vt damnum afferret, nec desiderium potuit habere effectum. Iacobus Menochius cons. 1210. num. 4.

Falsi suspiciones habentur pro concludenti probatio-

batione. Id intelligitur non ad puniendum, sed ad tollendam scripturæ fidem. Farinacius conſ. 12.num.13.

A Falſo iniuſta cauſa, & fatua excuſat. Intelligitur à falſo, & à dolo vero; non autem à præſumpto à Iure. Farinacius conſ. 12.n.22.

Falſi præſumptionem excludit actus palam geſtus. Farinacius conſ.13.

Falſum inſtrumentum producens, eoq; vtens in iudicio, pœna falſi punitur, ac ſi illud fabricaſſet, vel ſaltem mitiori. Farinacius quæſt. 159. Præſertim cum non docet de auctore; tunc enim illud fabricaſſe præſumitur; & ad excuſandum ſufficit ſi dicat, ſe illud habuiſſe à quodam homine ſibi ignoto; quod tamen credi poteſt, vbi perſona inquiſita ſit honeſta, & bonæ famæ, aliàs nequaquam. Producens vero inſtrumentum falſum ignoranter, non punitur, præſertim ſi agatur de facto alieno, & ignorantia iuramento probetur. Farinacius vbi ſupra.

Falſi pœna quæ ſit. Iulius Clarus §. Falſum. Iacobus Menochius de arbit. Iudic. caſu 318. Nauar. conſ.2. de Crimine falſi.

Fama eſt indicium ſufficiens ad inquirendum de delicto, non autem ad torturam; niſi concurrat aliud adminiculum. Clarus §. fin. quæſt. 21.

Fama in criminalibus non probat ſemiplenè. Gloſſa in cap. veniens 1. de Teſtibus.

Fama eſt indicium fallax, & remotũ, quamuis delictum poſſit adeo difficilis probationis eſſe, vt ſola fama ſufficiat ad torturam; quod intellige de fama in ſpecie ſuper eodem delicto, non autem de fama in genere, ſcilicet quod talis ſit malæ vocis, & conditionis: hæc enim confirmata leui aliqua ſuſpicione,

ſpicione, ſufficiet ad torturam. Clarus vbi ſupra.

Fama bona tollit malam; Intelligitur quando aliud indicium non adeſt. Baiardus ad Clarum vbi ſupra.

Famæ bonæ probatio facit mitigare pœnam, & aliquando facit recedere à pœna ordinaria; præſertim ſi Reus aliàs non deliquit. Riccius prax.aureæ reſolut. 275.

Famæ bonæ probatio tollit probationem malæ, quæ communiter facit indicium ad torturam: Si autem contra Reum vltra famam, aliud adſit indicium, tunc, non obſtante probatione bonæ famæ, torqueri poterit. Clarus §. fin. quæſt. 60.

Fama bona in genere probata non tollit probationes in ſpecie, vel indicia. Alexander conſ. 77. in cauſa accuſationis, n. 6. volum. 1. Romanus conſ. 67. in fine. Innocentius in cap. Auditis. De præſcriptionibus. Baldus in l. poſſidetis C. de probationibus.

Fatum quid ſit. D. Thomas quolibeto 12. quæſt. 3. art. 4. Nauar. in Man. cap. 27. n. 55.

Fautores hæreticorum ij dicuntur, qui eis dant auxilium, conſilium, fauorem, alimenta, vel pecuniam: & hi ſunt excommunicati, infames, & grauiſſimè puniendi. Si vero non faueant erroribus, & hæreſibus, ſed perſonis tantum, ratione amicitiæ, affinitatis, vel conſanguinitatis, nec ſunt excommunicati, nec infames, ſed mitius tractandi erunt. Farinacius quæſt. 197. n. 47. 48. 51. & q. 182. n. 1. 3. 6. 12. 61. 62. 63. 64. Nauar. conſ. 1. 11. 15. 16. de hæret. & conſ. 57. de ſent. excom. Ludouicus Beia caſ. conſcientiæ Bononiæ parte 1. caſu 4. Pegna com. 76. 78. 80. 81. 2. p. direct. & com. 165. 172. 3. p. Nauar.

conſ.

conf.primo de constit.quæst.23.24.27.28.29.

Festis diebus an liceat præparare materiam, seu vendere aliqua. Nauar.conf.1.& 3. de ferijs.

Festis diebus licet dare operam rebus ad victum necessarijs,& tempore perituris; præsertim tempore vindemiarum,messium,collectionis fructuum, vel vbi vrgeat necessitas, & suadeat pietas,cum iudicio tamen,& censura Ordinariorum. Sacra Episcoporum Congregatio 12. Martij 1601.Episcopo Barij. Et Sacra Concilij Congregatio.

Festa Matricis Ecclesiæ Regulares celebrare tenentur,ex Decreto Gregorij XIII. Prax. Archiepisc. Neapolit.cap.80. conformando se in concionibus, & lectionibus,Euangelijs,& Epistolis festi tantum. Sacra Concilij Congregatio.

Festum ex voto, vel ex alicuius Oppidi cõsuetudine seruandum est à personis ibidem commorantibus: quod si eadem die aliò se conferant, vbi festum non seruatur, laborare poterunt. Nauar. in Man. cap. 13.nu.15. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Auditio Missæ 6.

Fides humana,& fallit,& fallitur. cap. à Nobis 2.de sent. excom.

Fideiubere Regulares non possunt pro aliquo, nec pecuniam mutuo accipere; neque conuentus pro ipsis ad hæc obligantur. cap. Quod quibusdam,de Fideiussoribus.Vide Verbo Regulares possunt contrahere.

Fideiussor si vuult, potest accipere aliquid pro sua fideiussione. Nau.in Man.cap.17.& conf.21.de vsuris num.4.

Filius denunciare tenetur hæresim Patris, si alij testes desint,nisi sciat eum iam pænituisse, aut cer-

to credat, quod ab ipſo monitus, vel ab alio, vere reſipiſcet. Nauar. in Man. cap. 25. n. 50.

Filius erga parentes ad quid teneatur. Petrus Cenedus collect. 20. ad Decret.

Filius ſciens Patrem hæreticum, ſed occultum, tenetur illum denunciare; quia bonum commune præferendum eſt bonò particulari, & ſemper timendum eſt, ne alios inficiat: Hæreſis enim ſerpit, vt cancer. Idem dicas ſi Pater eſſet patriæ proditor, aut mortem Principi machinaretur. Azorius inſtitut. moral. parte 2. lib. 2. cap. 2. quæſt. 11. 12.

Filij hæreticorum non ſunt promouendi ad officia, & dignitates. Pegna p. 1. directorij Inquiſitorum comm. 4. Farinac. deciſ. 87. 90. Rotę Rom.

Filius non tenetur credere matri aſſerenti, quod ſit filius Adulteri, & non patris putatiui. Nauar. conſ. 21. & 23. de homic.

Filiorum nomine intelliguntur etiam fœminæ, præſertim in fauorabilibus. Silueſter. Filius, quæſt. 25. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Filius 23. & Hæreſ. 25. Suarez lib. 8. de legibus. Ancharanus conſ. 112. 120. Mantica, de coniecturis vltim. volunt.

Filius tenetur reſtituere Patri, & compenſare quę ſubtraxit ad luxus, & ad alia illicita; & quæ Pater pietatis, & charitatis cauſa pro illo impendit, facta tamen proteſtatione, quod quæ impendit, animo repetendi impenderit; in dubio tamen videtur impendiſſe animo repetendi. Nauar. conſ. 3. de iniurijs, & damn. dat.

Filius Regularis, & profeſſus tenetur è Religione egredi, vt parentibus vere egentibus ſubueniat. Sãchez in Decalogum parte 1. lib. 4. cap. 20. n. 14. & aliquando contradicente Prælato poteſt exire. Ibid.

Filij

Filij seducti, & inducti à parentibus in his, quæ sunt contraria fidei catholicæ, excusantur ab hæresi, & ab hæreticorum pœnis. Franciscus Pegna parte 1. direct. Inquisit. comment. 13. 22.

A Fisco nec damnosa, nec iuri contraria postulari oportet. 25. quæst. 2. cap. Nec damnosa.

Fiscus publicato processu non potest producere testes. Riccius decis. 689.

Fisco nihil est restituẽdum, si per testes excludatur. Nauar. cons. 1. de iniurijs, & damno dato: & cons. 1. de donat. inter virum, & vxorem. Beia respons. casuum Bononiæ part. 1. casu 58. Vide Verbo Testis.

Contra fiscum in dubio iudicandum est. Nau. cons. 1. de donat. inter virum, & vxorem.

Folia libri lacerans falsum committit. Farinac. Rotæ Rom. decis. 267. 278.

Fœminis mitior sententia dari debet, quia pro sexus infirmitate eas minus ausuras esse confidimus. Iustinianus Imperator l. quisquis §. Ad filias. C. ad l. Iul. Maiest.

Fœminæ modicam merentur fidem in iudicio. textus, & Glossa in cap. Forus, De verborum significatione, vbi legitur: Quid leuius fumo? flamen. Quid flamine? ventus. Quid vento? mulier. Quid muliere? Nihil. Varium enim, & mutabile testimonium semper fœmina producit. Martinus Rius disquisit. magic. lib. 5. sect. 3. n. 2. Clarus §. fin. quęst. 24. Vmbertus Locatus prax. iudiciar. Inquisit. Verbo Mulier.

Fœmina, quæ certo nouit, quod ex mala intentione, & libidinosè tangitur ab aliquo; ipsa vero tangit illum iuxta morem patriæ in signum beneuolentiæ,

uolentiæ familiaritatis,cognationis &c.si tactus ipsi ex se sunt impudici,tenetur resistere,ne tangatur; si vero tactus non sunt impudici,& hi fiant in secreto,debet illum repellere, & se retrahere, quia tenemur,quandiu possumus, peccatum proximi euitare. Azorius institut.moral.parte 3.libro tertio cap. 25.& hæc est communis scriptorum sententia.

Fœmina exiens è domo sine iusta causa,credens, aut probabiliter credere debens,quod ab aliquo lasciuè concupiscetur, peccat mortaliter. Azorius loco præcitato.

Fœmina potest habere iurisdictionem Ecclesiasticam,nõ tamen potest excommunicare, iure communi: licet id possit ex priuilegio Papæ,vt & laicus. Nauar. cons. 73.de sent.excommunic.

Fœmina in causa matrimoniali tantum,est testis omni exceptione maior. cap.Super eo,De Testibus. In alijs vero causis minimam meretur fidem, cap. Forus, de verborum significatione. In causis matrimonalibus debent esse testes omni exceptione maiores. cap. 1. de Consanguin. & affin. Prax. Archiepisc.Neapolit.cap.27.cum annotatione.

Forma absolutionis, siue benedictionis plenariæ Regularibus ex Priuilegio Leonis X.concessæ, hæc est: Auctoritate tibi concessa, & mihi commissa, ego te absoluo, & sic plenariè illi statui innocentiæ te restituo, quomodo Sanctitas Domini nostri Papę faceret, si ipsemet in confessione tua peccata auscultaret. Eadem auctoritate Apostolica tibi Sanctam Benedictionem Papalem impertio. In nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti,Amen. Rodriquez quæst.regul.tomo 1. quæst. 9. art. 22.

Forma consecrationis calicis consistit in illis tantum

tum

tum verbis: Hic est calix sanguinis mei. Reliquæ ab Ecclesia latina ad maiorem explicationem fuerunt adiecta. D. Thomas parte 3. quæst. 68. existimat verba omnia esse de substantia: Thomistæ autem glossant de substantia, prout digitus est de substantia hominis, & satisfactio de substantia Sacramenti pœnitentiæ; digitus autem, & satisfactio non sunt de substantia, idest de essentia hominis, & Sacramenti; Sed hæc expositio contraria est menti D. Thomæ, vt est videre 3. parte quæst. 60. art. 8. Alij ferè omnes in contrariam abiere sententiam: alias sequeretur, Diuos Iacobum, & Marcum nunquam consecrasse, cum verba illa omnia non adhibuerint; & Euangelistæ diminuti fuissent, cum in re tam graui, & essentiali omnia verba illa non enũciarint; & Ecclesia Græca nunquam consecrasset, de quo tamen ab Ecclesia latina hucusque non fuit redarguta. Vasquez 3. p. tomo 3. quæst. 78. disp. 98. art. 2, 3. Suarez tomo 3. parte 3. quæst. 78. disp. 60. sect. 1.

Fratres, hoc est Regulares, non possunt celebrare, & sacrificium applicare, nisi de licentia sui Superioris: quod si iussi non applicent iuxta Superioris intentionem, non solum peccant mortaliter, verum etiam tenentur ad restitutionem. Rodriquez in summa capite 251. conclusione 10. Religiosus subditus, & Prælatus quæst. 1. cap. 6. §. vnico, fol. mihi 51.

Frater est testis idoneus pro fratre in causa criminali, quando tamen agitur ad fratris defensionem, etiamsi fratris dictum tendat contra fiscum; non autem valet ad alterius impugnationem. Farinacius cons. 213. n. 4.

Fratres

Fratres laici si ad ordines promoueantur, quid cum illis agendum sit. Passarellus in rotandis priuileg. mendicantium. cap. 21. Vide bullam Vrbani VIII.

Frequentare Monialium Monasteria quid sit, & quid significet. Sanchez in Decalogum parte 2. lib. 6. cap. 16. n. 109. vsq; ad 120.

Fructus malè perceptos potest Ecclesiasticus sibi applicare, si sit pauper. Nauar. cons. 23. de Voto, & 12. de celebr. Missarum.

Fructus per Curatum demortuum relicti, cui debeantur. Grilenzonius cons. 118.

Frumenti mutuatio cum pacto restituendi. Molina tom. 3. disp. 725. n. 7.

Fuga facit semiplenam probationem, & indicium ad torturam, ante Inquisitionem transmissam, sed non post. Clarus §. fin. quæst. 21.

Fuga cum fractione è carceribus facta à iuste detento, plenam facit probationem. Clarus, loco præcitato.

Fugiens è carceribus, & assumens habitum Religiosum, pro delictis ante susceptionē habitus commissis, remittitur ad Iudicem Ecclesiasticum. Vincentius Francus decis. 656. 691. & 709. 4. partis.

Fundo in totum vel ex parte pereunte, quid agendum. Vide hunc librum, Verbo census non est soluendus.

Funera, quæ ex statuto Capituli Matricis Ecclesiæ fieri iubentur hoc pacto, vt nullus de parochia vocet ad funus aliquos Religiosos, nisi vocet totum capitulum habiturum aliquid temporale, quod tamen Parochianus vocare non tenetur; illicita sūt, quoniam illa constitutio est Simoniaca, vtpote ne-

gatiua, & contra Ecclesiasticam libertatem. Siluester. v. Simonia quæst. 11. & v. Immunitas 2. q. 9.

Furor, & furiosus se habent tamquam genus ad amentiam, & fatuitatem: quando vero quis dicatur talis, id relinquitur arbitrio Iudicis. Menochius de arbitrar. iudic. casu 529. Nullus .n. talis præsumitur, quia natura facit homines sanę mentis, ideo probandus est talis signis exterioribus, & coniecturis ex verbis, & factis homini sanę mentis non conuenientibus; Signa vero ea debent esse, vt omne iudicium, omnem mentem, & omnem intellectum remoueant ab homine; secus vero si signa concluderent, quod homo ille esset rudis, & obtusi ingenij, quia tunc talis prætensa dementia non priuabit illum actibus legitimis: & hac ratione Rota parte 2. diuersarum, & decis. 107. firmat conclusionem, quod disposita de mente capto, & furioso non procedũt in fatuo, simplici, stupido, & hebetis ingenij, qui intellectu non caret, quamuis integrum animi vigorem non habeat. Farinacius fragmen. De Furore, & Furioso; & quæst. 94. de pœnis temperandis.

Furiosus an habere, vel non habere dicatur lucida interualla. Menochius de arbitrar. iudic. cas. 325. Pegna 3. direct. parte comment. 22. Farinac. Rotæ Rom. decis. 273.

G

Gabellas fraudantes an peccent, & ad restitutionem teneantur. Nau. consi. 1. de iniurijs, & in Man. cap. 23. n. 60. & cõmẽt. De lege pęnali n. 41. Azorius institut. moral. parte 3. lib. 5. cap. 22. 23. Ludouicus Beia cas. conscient. Bononiæ parte 1. casu 13.

Gabel-

Gabellas extorquentes ab Ecclesiasticis sunt excommunicati in bulla cenę, cap.5.Ludouicus Beia respons.cas.Bononiæ parte 1, casu 26.

Gabellas instituere, & nouas augere possunt Principes omnes superiorem non recognoscentes in terris, vt Summus Pontifex, Concilium generale, Imperatores, Reges, & Ciuitates, quæ à principio immemorabili sunt in possessione imponendi, & augendi. Cap. super quibusdam, de verborum signficat. cap. Innouamus, de Censibus. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 9. Siluester. Gabella; & alij summistæ, Verbo eodem.

Gabellas sine legitima auctoritate imponentes, peccant mortaliter, tenentur ad restitutionem, & sunt excommun. cap. 5. Bullæ cænæ, & de Iure Ciuili, & Cæsareo sunt perpetuo damnandi, l. vltima C. vectigalia noua institui non posse &c. Ludouicus Molina de Iust. & Iure tomo 3. disp. 666. n. 3. Alij volunt, quod puniti pœna centum aureorum reddãtur infames. l. 1. ff. ad l. Iuliam, de Ambitu, Menochius arbitr. Iudic. casu 401. n. 17. 18.

Gabellæ causa, ob quam fuit imposita cessante, cessare quoq; debet exactio; nec tenentur subditi ad eam soluendam. Molina tomo 3. de Iust. disput. 667. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Gabella num. 5. Beia respons. casuum Bononiæ parte 1. casu 13.

Gabella est imponenda super rebus mercimonio, vel negotiationi tantum expositis; non autem super necessarijs victui, & super vestibus proprijs, vel familiæ, Sayrus de Censuris lib. 3, cap. 9. & est communis.

Gabellas soluere tenemur in foro conscientiæ, quando tamen iustè, & legitime fuerunt impositæ:

Non soluentes autem peccant mortaliter, & ad restitutionem tenentur, post condemnationem tantum. Cardinalis Toletus in Instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 75. n. 4. Molina de Iust. disp. 674. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Gabella 6.

Gabellæ soluendæ causa, nullus tenetur sponte se præsentare publicanis, nisi adsit talis consuetudo; sed sufficit paratum esse ad solutionem, cessante tamen vi, dolo, & fraude. Toletus, Molina, & Emmanuel Sà locis præcitatis.

Gabella ad hoc vt sit iusta, debet imponi ab habente auctoritatem, ob necessitatem publicam, & vtilitatem, seruata debita forma; idest commensuratione, & æqualitate; non modo respectu causæ, ob quam imponitur, sed respectu virium, & facultatum subitorum, ita vt magis grauentur diuites, quam pauperes. Molina de Iust. disp. *666. 667. 668.*

Gabellæ antiquæ, quarum nulla extat memoria, soluendæ sunt in vtroque foro, quoniam præsumendum est, eas iuste fuisse impositas; & Princeps est in possessione illas exigendi, & melior est conditio possidentis.

Sed esto quod à principio defuerit aliquid ad iustitiam talis Gabellæ, nihilominus adhuc debetur Principi titulo præscriptionis. Cap. super quibusdam, de verborum significat. Id tamen verum est, quando nulla fuit suspicio, seu controuersia super iniustitia talis Gabellæ; quia tunc antiqua consuetudo illam exigendi non sufficeret. Molina de Iust. disp. *674.*

Alij dicunt: si de Gabellæ iustitia dubitatur positiuè, idest per rationes probabiles, non tenemur ad illam soluendam; si vero dubitatur negatiuè, id

est

est quia de facto,& absq; ratione non soluitur,tenemur ad illius solutionem in conscientia. Lessius de Iust.& Iure. De vectigalibus. Siluester. Vectigalia.

Gabella noua,si non constat de illius iustitia,vel si dubitatur probabiliter, an desit aliquid ad iustitiam, non debetur in conscientia, sed fraudari potest; sine tamen periurio, mendacio, scandalo & graui damno publico. Molina loco præcitato.

Gabellæ, quas regulariter soluunt pro mercibus mercatores, redundant in alios, qui eas ab ijs, aut ab alijs emunt. Ita sentiunt omnes.

Gabellæ à Mercatoribus fraudatæ obligāt Mercatores ad minorandum pretium ipsarum merciū, & ad eas vilius vendendas; quia si secus facerent, id esset manifesta iniustitia,non soluendo Gabellas Principi,& illas ab emptoribus recuperando: possent tamen sufficientem reddere rationem, ob quā purgaretur talis iniustitia, v. g. Si Gabellas iniustas defraudant, vel de quibus probabiliter dubitatur, nec peccant,nec tenentur ad restitutionem, sed obligantur ad minuendum pretium; Si vero iustas defraudant Gabellas, non obligantur ad pretium minuendum, quia semper obnoxij remanent ad restituendum,vel Principi,vel conductoribus. Molina de Iust. disp. 674.

Gabella conductori locata à Rege, vel à Principe admittit compensationem creditoris, vel Regis, vel Principis;quia Princeps per locationem non abdicat dominium à se,seu quasi dominium iuris ad tributa, sed concedit conductoribus aliud ius, videlicet vt suo nomine recipiant ea tributa, & sint eis debita, quatenus (seclusa locatione) sunt Regi debita;& hoc est illis locare ius, quod apud se ma-

net: Qui ergo iustam compensationem habet aduersus partem tributorum Regis, sicut illa pars non debetur Regi, ita nec Conductori, cui nomine Regis debetur, quatenus est Regi debita; quia nullus potest plus iuris in alium transferre, quam in se habeat, per regulam in 6. Tributa verò, quorum compensationem intendit facere creditor, non erant Regis tempore locationis, sed creditoris: ergo ista tributa per Creditorem compensanda, non fuerunt à Rege in conductores translata. Molina disp. 674. n. 10. Siluester. Gabella 3. n. 24.

Gabellæ compensatio occulta (quod etiam valebit in omnibus compensationibus) vt sit valida in conscientiæ foro obseruandæ sunt conditiones septem, teste Molina disp. 691. Prima, vt debitum sit certum. Secunda, vt nec à debitore, nec à Iudice satisfactio haberi possit. Tertia, vt scandalum, vel alterius detrimentum non subsequatur. Quarta, vt compensatione vtens spirituali saluti debitoris consulat, idest curet, vt debitori, vel illius hæredibus innotescat, quod non amplius tenentur ad istā solutionem. Quinta, vt res accepta sit debitoris, & non alterius. Sexta, vt in re eiusdem speciei consumptibili fiat. Septima, vt compensans ita agendo credat, se mortaliter non peccare.

Gabellam non tenetur soluere emptor mercium, si venditor habet in bonis, & sit soluendo: quod si nec habeat in bonis, nec sit soluendo, tenetur emptor Gabellam soluere. Ratio est, quia licet videatur illud onus reale oriens ex re, hoc est ex mercibus ob fisci priuilegium, habentis tacitam hypothecam vniuersalem tantum; attamen est onus personale fundatum in re ipsa, idest in mercibus.

Molina

Molina disput. 675. 677. 678.

Gabellam (vulgo il sale) imponere possunt, & exigere consules Oppidorum, etiam à famulis, & famulabus laicis inseruientibus Clericis, licèt sint ipsius Clerici parentes; quia Canon bullæ eximit à solutione Gabellarum Ecclesias, Clericos, & eorum bona, non autem seruos, & ancillas. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 22. n. 9. Suarez de Censuris disp. 21. sect. 2. n. 99. vbi dicit, Canonem loqui de his, quæ fiunt directè in Ecclesias, Ecclesiasticos, & eorum bona. Duardus in Bullam cænæ lib. 2. can. 18. q. 14. Famuli vero, & Ancillę non sunt Ecclesiastici, hi enim tales dicuntur ratione clericatus, vel Religionis, cuiusmodi non sunt laici. Siluester Clericus 1. n. 5. oppositum sentire videtur.

Gabellam Clerici excommunicati non tenentur soluere, prout neq; depositi tantum verbaliter; quia licet tales sint, non tamen desinunt esse Clerici. Si vero actualiter sint depositi, & degradati, hi tamquam de foro Ecclesiastico eiecti, tenentur soluere. Siluester. Gabella 3. n. 11. & Gabella 4. n. 5. Duardus, & alij expositores Bullæ cęnę.

Gabellam tenentur soluere Clerici coniugati, licet gaudeant priuilegio Canonis, & fori. Cap. vnico, de Clerico coniugato in 6. si tamen incedant cũ habitu, & tonsura non tenentur. Siluester. Clerici 3. 6. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Clericus 1. vide Couaruuiam, & Lessium, circa hunc punctum.

Gabellam nouitius soluere non tenetur de suis bonis patrimonialibus. Molina disp. 671. n. 2.

Gabellas non tenentur soluere Ecclesiastici de suis bonis patrimonialibus. Nauar. conf. 1. de Immunit. Molina disp. 670. & 671. Emmanuel Sà

Aphor.Confes.Gabella 13.& Clericus 16. Oppositum docet Couarruuias variarum resolut. cap.4.n. 4. Non excusantur imponentes, & exigentes ob ipsam consuetudinem. Molina vbi supra. Excusarentur tamen, si immemorabilis esset consuetudo. Riccius parte 3. resolut. 183. Siluester. Clericus. Si vero onera essent perpetua, & inuariabilia, ad hæc soluenda tenerentur Ecclesiastici. Ita expositores Bullę cęnę, casu 18.

Generalis solus nō potest recipere pro filio vnius Monasterij professum in alio Monasterio, contradicente maiori parte conuentus, cuius erat filius. Nauar. cons. 1. vt lite pendente n. 15.

Generales mendicantium in visitatione, & extra illam possunt reducere Missarum numerum, dispensando, vt in qualibet Missa dicantur septem collectę, vel nouem, quæ erunt loco septem, aut nouem Missarum integrarū; ita tamē, vt in alijs actionibus fiant commemorationes horum benefactorum. Iulius II. & Leo X. ex Compend. priuileg. mendic. Sorbi, Verbo Missa, cum annotatione Capuccini ad finem. Ioannes Baptista Confectius, in Summ. Mater. Priuil. tit. 19. cap. 3. Vbi etiā habetur modus in tali dispensatione seruādus. Attento vero Conc. Trid. & Sacræ Congregationis declaratione, non possunt hodie reducere, nisi Missas, & Anniuersaria ante Concil. Tridentinum recepta. Confectius, & Sorbo locis præcitatis. Stephanus Quaranta in summa bullarij, Verbo Missa. Nauar. cons. 3. de Priuilegijs. Missas tamen in fundatione Ecclesiæ, Altaris, vel Capellæ impositas, & alia suffragia minime reducere possunt. Doctores præcitati. Compend. priuileg. Clericorum Regul. parte 2.

Gene-

Generales possunt eximere Cęnobia fratrum, & Monialium à cura, & regimine Prouincialium. Iulius II. prout refert Passarellus in compend. priuileg. mendic. Ioannes Baptista Confectius in compend. priuileg. mendic. in summa materiarum tit. 11.cap.1.

Generales, & Prouinciales restituere possunt vtramq; vocem suis subditis, ex causa accessus ad Monialium Monasteria, priuatis. Homobonus casuum reseruat. parte 2.cap.5.& parte 3. cap.3. Rodriquez quæst.regul.tomo 1. quæst. 20. art.13.14. Confectius vbi supra; & in bulla maris magni post medium.

Graduum, officiorum, & dignitatum nomine quid de iure sit intelligendum, declarat Sixtus V. in sua Cōstitutione explicante dubia suborta pro eiusdem Sixti Constitutione contra illegitimos ad Religionem admittentes &c. nimirum vt per gradus, & officia intelligantur ea, quæ habent honorem, & superioritatem annexam, vt Præpositatus, Abbatiæ, Prioratus, Archidiaconatus, Custodiatus, Prouincialatus, Generalatus, & similia: à cęteris vero officijs non arceantur illegitimi. Sanchez in Decalogum par.2.lib.6.cap.15.n.66.& cap.18.n.25. Filiucius tractatu 34. cap. 3. quæsito 11. n. 77. Franciscus Sosa Episcopus in Aduertentijs ad Bullam de largitione munerum. Bartholomæus à S. Fausto in suo thesauro lib.8.quæst. 229. Martinus Bonacina de Clausura q.1. punct.6.n.6. Item super Bullam de largitione munerum.

Gratia auctoritate Papę concessa durat mortuo Papa; sicut gratia concessa ab alio Prælato inferiori durat etiam mortuo Prælato, qui eam concessit,

fit, aut ipfo remoto ab officio. Panormitanus in cap. Quoniam, de officio delegati. Nauar. in Man. cap. 27. n. 24. Siluefter, Gratia, & Indulgentia. Rodriquez quæft. regul. tomo 1. quæft. 17. art. 11. Poteft tamen iufta de caufa à Prælato reuocari; alias fieret Religioni graue præiudicium, fi haberet fubditus velle, & nolle contra fuperioris voluntatem, quod non eft dicendum voluiffe fummum Pontificem. Præcitati ibidem. Compend. operum Nauar. Verbo licentia. Nauar. conf. 1. 2. de priuileg. Molina tom. 3. de Iuft. difp. 599.

Gratia à Papa conceffa debet effe permanfura, Iuribus citatis per Rodriquez quæft. regul. tomo 1. qu. 23. art. 3. Si concedatur ad beneplacitum, mortuo concedente expirat. Nauar. conf. 18. de præbendis, & dignit.

Gratia, & licentia à quibufcumq; fuperioribus, non ad certum vfum, & tempus, fed abfolutè conceffa, durat vfquequò à fuperiore, vel à fucceffore reuocetur. Sanchez de Matrimonio tomo 3. lib. 8. difp. 28. n. 85. Nauar. de priuilegijs conf. 1. 2. Riccius prax. aureę refolut. 401.

Gratiæ, & priuilegio facultatiuo ad dignitatem fpectanti, per non vfum derogari non poteft, quin etiam, poft longum temporis fpacium, voluntate mutata poffimus illo vti. Felinus in cap. cum acceffiffem, de Conftitutionibus. Rodriquez q. regul. tomo 1. q. 18. art. 1.

Gratia conceffa, etiamfi moriatur, qui illam conceffit, antequam executioni demandetur, nihilominus durat. Riccius collect. 1187. & prax. aureę refol. 401. Nauar. conf. 1. & 2. de priuil. It. conf. 4. de Cleric. non refid. Molina de Iuft. difp. 599.

Gratia per Breue obtenta expirat mortuo Papa; quando ab Episcopo non fuerit prius executioni mandata: & ideo aliud Breue erit obtinendum Sacra Episcoporum Cõgregatio 17. Augusti 1585. Episcopo Alexandriæ.

Gratia semel facta durat donec reuocetur, vel suspendatur. Nauar.consf.22. de pœnit.& remiss.

H

HAbitare quis non dicitur alicubi, cum ibi non habitat pro maiori parte anni. Sãchez de matrimonio tomo 1. lib. 3. disp. 23. q. 2. n. 12. hinc ad aliquem locum accedens recreationis, vel negotij causa, animo, & intentione non ibi manendi, sed post vnam, aut alteram diem recedendi, habitare non dicitur, nec loci illius efficitur Parochianus. Sanchez vbi sup. Decis. 656. Rotæ in nouissimis. Et cap. Is, qui. de Sepulturis in 6. Francus cap. cum Nulla. De tempor.ordinat.in 6. Nauar.tit.eodem cons. 2. 10. & l.Ciues iuncta glossa. C. de Incolis, Et hac ratione intelliguntur Bullę Clemen. VIII. & Gregorij XV. de Italis ad partes hæreticorum accedentibus; vbi dicitur, quod non possint habitare, seu domicilium tenere. Nauar. cons. 1. de constit. q. 23. 24. 27. 29. & cons. 10. de temp. ordinat. & 44. de præbend. Vide hunc librum. V. Hæretici. Commercium.

Habitus assumptus post debitum, quid operetur. Vide hunc librum, Verbo Clericatus assumptus, & Obnoxij.

Habitum Religionis dimittentes. Passarellus in notandis priuilegiorum mendicantium cap. 34.

He-

Heredem extraneum quilibet instituere potest, si non habeat ascendentes, vel descendentes; siue collaterales extremè indigentes. Beia respons. cas. Bononiæ parte 1. cas. 57.

Heres non tenetur ad soluendum scriptum in manibus Guardiani repertum, ad quod se remittebat testator; nisi constet illam schedulam manu testatoris esse factam, & aliæ concurrant coniecturæ, quod ita voluerit testator. Couaruuias cap. Relatum, de Testam. num. 2. 3. 12. Emmanuel Sà Aphor. Confess. legatum 5 1. & Testamentum 4. 11. 19. Nauar. cons. 2. 8. & 11. de testam. & cons. 18. de hæreticis. Siluester, Testamentum 5. & cap. 1. & 2. & cap. scriptum, iuncta Glossa, & Canonistis, de fide instrumentorum. Menochius cons. 224.

Hęres adita hęreditate tenetur de iure ciuili, & in conscientia soluere omnia debita à testatore relicta; quia lex ciuilis iusta obstringit conscientiam, & ita fuit statutum, vt occurratur fraudibus hæredum: cessante vero fraude non tenetur hæres in foro conscientiæ, vltra facultates hæreditatis, soluere debita à testatore contracta. Azorius instit. moral. parte 1. lib. 5. cap. 21. in fine.

Hæredem præsumendum est in dubio, à testatore fuisse minus grauatum, quam fieri possit. Menochius 1251. num. 5.

Pro Hærede sumenda est interpretatio, ne grauetur multiplicatione legatorum, quæ non præsumitur erga ipsum legatarium, etiam ob sanguinis affectionem. Menochius cons. 1251. n. 6.

Hæres potest compelli ad erogandum maiorem mercedem, quàm testator reliquerit, pro Missis, vel annualibus celebrandis. Rota Romana decis. 10.

de

de Testam. in antiquis. Respondetur id verum esse, si testator loquatur demonstratiue, non autem taxatiuè, idest si in testamento præcedat onus, dicendo: Volo, vt tot Missæ celebrentur; Si vero dicat lego libras centum pro Missa quotidiana, pro salute animæ meę, in hoc casu loquitur taxatiuè, nec hæres poterit compelli ad maiorem erogandam eleemosinam, quam legauit Testator.

Hæreditatem non acceptans, sed repudians in fraudem creditorum, & legatariorum, peccat mortaliter. Sanchez de matrimonio tomo 1. lib. 6. disp. 4. n. 8. 9. 10.

Herbarum collectio an superstitiosa sit. Can. Non liceat 26. quæst. 5. D. Paulus prima Timoth. 4. omnis creatura Dei bona est, & sanctificatur per verbum Dei, & orationem.

Hęresis crimen dicitur constare propria Rei Cōfessione, vix enim aliter constare potest, dummodo confessio sit verisimilis. Clarus §. fin. quæst. 4. & 55. Farinacius quæst. 2. n. 26. & quæst. 81. n. 8. 9. 10. 11. & quæst. 185. n. 124. & quæst. 187. n. 73. 75.

Hæreticorum filij orthodoxi promoueri non possunt ad dignitates, & officia. Pegna parte 1. Directorij com. 4. Nauar. cons. 1. de Iudæis.

Hæreticus est incapax hęreditatis, tam ex testamento, quam ab intestato. cap. si quis Episcopus, de Hęreticis. Et ibi excommunicantur qui instituunt hæreticos hæredes. Simanca de cathol. instit. tit. 9. num. 124. 125. Siluester. Hęresis 1. 14.

Hęreticus formalis pœnitens, & abiurans damnandus est ad perpetuum carcerem. Clarus §. Hęresis. Pegna 3. p. Direct. Inquisit. comment. 46. 142. Farin. q. 193. n. 103.

Hęreti-

Hęreticus merè mentalis absoluendus est, sed magna cum circumspectione, Zerola prax, Sacram, pœnitentiæ cap, 22, quæst, 25. Non est excommunicatus: Simanca cath, inst, tit. 42, Clarus §. Hæresis,

Hęreticus, vel de hęresi suspectus, aut conuictus, quod hæreticalia dixerit, aut fecerit, vbi neget, est relaxandus brachio sęculari. Farinacius q. 178, n, 20. & q. 196, n, 16,

Hæreticus negatiuus quis, & qualis sit, Riccius prax, aureę resolut, 364,

Hęreticus Clericus ipso iure est priuatus beneficijs, Riccius prax, aureę resolut. 478,

Hęreticorum conciones audiri possunt, vbi scandalum catholicis non ingeratur; cum illorum cęremonijs non communicetur; & propriæ subuersionis periculum non immineat; sed ad eorum errores confutandos audiantur, Azorius institut, moral, parte 1. lib, 8. cap, 11. quæst, 4, Sanchez in Decalogum parte 1. lib. 2. cap, 4, n. 26, Pegna comment. 75, partis secundæ Direct. Inquisit. Repertorium Inquisitorum, Verbo credentes, Farinacius q, 182. n, 115. 120,

Hęreticus in genere quis probatur per singulares testes. Ludouicus Paramus, de origine Sancti Officij q, 10. de sollicit. n, 143. Clarus §, fin, q. 53. vers, dixi etiam.

Hęretici, vel de hęresi suspecti, quomodo tractādi sint, & expediendi, Prax. Neapol. cap. 23. & 84, Pegna comm, 25. & 65. par. secundæ direct, Inquis,

Hęreticorum bona nec publicantur, nec confiscantur in pœnam contumacię, sed in supplicium hęresis, ita vt publicatio pœna sit consequens hęresim. Sanchez in Decalogum parte 1. lib. 2. cap. 20,

num.

num.27.Farinacius quęſt.190.n.1.& 26. Confiſcatio enim locum non habet, niſi in hæretico confeſſo, vel legitimè conuicto, non autem in ſuſpecto tantum. Farinacius q.182.n.52.& quæſt.190.num.20, & 26.

Hæretici habitare, vel morari non poſſunt in Italia per Bullam Gregorij XV. ſed ly habitare, & morari intelliguntur, cum quis transfert ſe aliquò intentione, & animo perpetuò ibi morandi. Nauar. conſ. 10. de Tempor, ordinat, & requiritur temporis continuatio. Silueſter. Excommunicatio nona q. 24.n.53.& quæſt.38. n. 73. Neceſſitas autem communicandi, & negotiandi facit licitum, quod alias non eſſet licitum. Nauar.conſ.1.de Conſtit.quęſt. 24. Claras. §. Hęreſis. Et in ditione Mediolanenſi adeſt priuilegium per Sedem Apoſtolicam Regi conceſſum, vt hæretici, vulgo Griſoni, & Suizzeri, ad hoc dominium poſſint accedere, Inquiſitoribus ſe preſentantes, & conditionibus ſeruatis, prout in ipſa diſpenſatione ad quam &c. Farinacius quæſt. 182.nu. 165.171.177.178.179. Nauar.conſ.1.de conſtit.quæſt.23.24.27.29. Vide Commercium. In Archiuio Sancti Officij Mediolani aſſeruantur litteræ Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Sanctę Seuerinæ ſupremi Inquiſitoris, datę anno 1593. ad hoc facientes.

Hęretici, nec ſpõte cõparẽtes, nec relapſi, ſed indicijs præuenti, cogendi ſunt, etiam incuſſo mortis timore, vt ad fidem redeant. Farinacius quæſt.189. n.1. quia pia Mater Eccleſia redeuntibus gremium non claudit. C. de Trinit. & fide catholica. cap. Adhuc inſtat, de Pœnitentia diſt. 3. Redeuntes abiurant publicè de formali, & ad carceres perpe-

tuos

tuos, vel ad perpetuam immurationem damnantur. cap. vt commissi, de Hęreticis in 6. iuncta glossa, & ibidem Canonistæ. cap. excommunicamus 2. de hæreticis. Vmbertus Locatus in fine Prax. Iudic. Inquisit. casu 6. & Verbo Hæreticus. Farinacius quęst. 193. num. 84. 85. 86. 87. 103. 107. Ibiq; subdit, hos arbitraria pœna exilij, deportationis, vel Remi esse puniẽdos, & pœnam carceris perpetui de stylo vrbis in pœnam Remi triennalis transijsse; attendẽdam tamen esse monet personarum qualitatem, an simplices, prudentes, laici, Ecclesiastici, subditi sint, vel prælati; an prompte, vel difficulter redierint. Qui vero legitimè moniti, rogati, & expectati redire noluerint, brachio sæculari sunt relaxandi. cap. Ad abolendam, de Hęreticis. Pegna comm. 25. & 65. par. 2. Direct. Inquisit.

Hæreticalia euomentes lubrico linguæ, vel iocosè, quomodo sint tractandi. Pegna comment. 17. 3. par. Direct. Inquisit.

Hęreticalia facta confitens, negando credulitatem, & errorem in intellectu, prętextu ignorantię, vel inaduertentiæ, puniri debet vt hęreticus, reiecta intentionis excusatione; neq; torquendus erit, prout dicitur, super intentione. Farinacius quęst. 179. n. 54. 56. 58. 60. 68. & quęst. 181. n. 67. 69.

Hęreticalia confitens, idest quod Sacramentis, vel Sacramentalibus abusus fuerit, vel Dęmonem inuocauerit deprecatiuis verbis ad ea, quę potest, vel non potest naturali virtute, & potestate; si prauam habuisse neget intentionem, conuictus torqueri poterit super vlteriori veritate, necnon super intentione, & si persiliterit, compelletur ad abiurandum de vehementi, vbi sufficienter non fuerit tor-

tus,

tus, nec plene purgauerit indicia, quamuis in abiurationibus imponendis, personarum qualitas sit attendenda. Farinacius quæst. 179. num. 59. 61. & quæst. 185. num. 126. 128. Pegna comment. 81. p. 2.

Homicidium vt sit iustum, & animam non afficiat, tria requiruntur, videlicet, iusta causa vt occidendus mortem mereatur; iustus ordo, vt qui Auctor est necis potestatem habeat coercendi delicta; iustus animus, vt amore Iustitiæ, non libidine vindictæ, vel pœnæ cupiditate hoc præcipiat. Alensis parte 3. quęst. 34. membro 2. art. 2. §. 1.

Homicidium voluntarium est illud, quod est intentum & volitum, vel in se simpliciter, vel in se secundum quid, idest causa defensionis; homicidium vero casuale est illud, quod non est voluntarium, & in se volitum. Nauar. in Man. cap. 27. n. 239. 240.

Homicidij causa non requiritur, quod sit immediata; sufficit, quod sit propinqua ad irregularitatem contrahendam. Nauar. conf. 30. de homic.

Homicidium voluntarium est quadruplex. Primum, quod committitur à furioso, & ab Infante. Nauar. conf. 38. de Tempor. ordinat. Secundum, quod fit à Iudice, à Ministro, & à Milite in bello iusto. cap. 1. & cap. sententiam sanguinis. Ne Clerici, vel Monachi. Tertium, quod patratur sine intentione occidendi, vt cum quis causa defensionis occidit alium sine moderamine inculpatę tutelę. Quartum cum aliquis voluntate directa, & per insidias occidit alium. Nauar. conf. 58. de Regular. & conf. 37. de temp. ordinat.

Homicidium casuale ex ludo licito non inducit Irregularitatem. cap. Ioannes, De homicidio. Nauar. conf. 5. 7. de homicidio. Sacra Congregatio Concilij.

Homicidij causa efficiens est qui facit, iubet, mandat, iuuat, & ratificat. Materialis qui dat arma, & ad locum deducit. Formalis qui docet, inseruit, & consulit. Finalis qui præmium, aut receptationem pollicetur. Nauar. in Man. cap. 27. num. 230. 240.

Homicidium voluntarium per se, & simpliciter committens, aut mandans directe, priuatur perpetuo (ex Decreto Concilij) ordinatione, officio, & beneficio absq; spe dispensationis. Qui autem absq; intentione occidendi vulneraret, aut verberari tantum mandaret, si talis moreretur, homicidium esset, non casuale, sed voluntarium indirectè, & hic posset dispensari ex voto Sacrę Congregationis. Riccius prax. aureę resolut. 407.

Homicidium quādo proditorie dicatur factum. Grilenzonius cons. 149.

Homicidium voluntarium reseruatur in diœcesi Mediolanensi; & intelligitur non modo de homicidio in se, per se, & simpliciter volito, & intento; sed etiam de homicidio indirectè, & in causa proxima intento, & in ipsa reseruatione comprehenduntur mandantes, & consulentes. Lactantius Finellus casu 4. Homobonus parte 2. cap. 3. Capeuilla parte 2. cap. 3. quęst. 2. Floronus parte 2. cap. 4. Grassius lib. 3. cap. 9. Qui Omnes de casibus reseruatis agunt. Rodriquez in summa parte 1. cap. 168. Emmanuel Sà Aphor. Cōfes. Homicidium. Nauar. in Man. cap. 27. n. 239. 240. ab hac sententia videtur recedere.

Homicida voluntarius directè, occultus, aut manifestus ab Episcopo dispensari non potest, nec ad minores, vel ad beneficium simplex. Sayrus de censuris lib. 7. cap. 7. n. 14. Vide Episcopus dispensare.

Homi-

Homicida Regularem habitum suscipiens,an liberetur à pœna sibi debita. Passarellus in notandis priuileg.Mendic.cap. 31.

Horas canonicas canonici non recitantes in Choro Collegialiter,peccant mortaliter,nisi aliqua iusta causa excusentur. Nauar.cons.13.de celebr. Missarum.

Horæ priuatim recitari possunt quouis idiomate,modo id fiat sine contemptu, & aliquo bono respectu. Nauar.cons. 17. de celebr.Missarum.

Hospitale quando habeatur pro loco Religioso. Grilenzonius cons.104.Riccius collect. 1886.

Hospitale comprehendi potest,& debet nomine pauperum. Vide hunc librum,Verbo pauperum. Bonacina de contractibus disp.1.quæst.3.punct. 4. num. 5.

Hospitalium bona alienari non possunt,absq; cōsueta Ecclesię solemnitate,ex voto Sacrę Congregationis. Riccius collect.1886.

Hospitalia Episcopi auctoritate constructa gaudent immunitate.Couaruuias variar.resolut. tomo 1, lib.2.cap.20.n.4.

Hospitalia in fauorabilibus comprehenduntur Ecclesiæ appellatione, Sayrus de Censuris lib. 5. cap. 5, n.21,

Hospitale,si est dubium,an Episcopi auctoritate sit constructum, præsumitur, quod sit Ecclesiasticum,ex quo hospitale vocatur,& habet faciem loci religiosi cum campanili,& Oratorio;si celebrentur ibi publicè diuina,& mortui sepeliantur, Siluester. Hospitale.quæst.11.n.22.Riccius tomo 3.prax.fori Ecclesiastici,resolut.126.Gutierez quæst. canonic. lib.1,cap.35.n.18.26.29.

Hospitale erectum Episcopi auctoritate habet omnia priuilegia Ecclesiarum. Canonistæ cap. Nulli, de rebus Ecclesiæ non alien. Vgolinus de officio, & auctoritate Episcopi parte 1. cap. 24. n. 3. Abbas in cap. ex litteris, de Consuetud. Gabriel lib. 6. conclus. de pia causa conclus. 2. num. 16. Sayrus de Censuris lib. 5. cap. 5. n. 21. Riccius collect. 1886. & in praxi fori Ecclesiastici decis. 40.

Hospitalarij ab Episcopo spoliati possunt coram ipso petere restitutionem in integrum. Rota decis. 6. in antiquis. de restit. spoliat. Riccius collect. 324.

Hospitalariorum priuilegia, quæ & qualia sint. Borgninus parte 2. decis. 17. n. 69. Bulla 1. Clementis IV. Bulla 13. Pij III. Bulla 71. Pij V. Bulla 37. Clementis VIII.

Hospitalarij tenentur singulis annis reddere rationes administrationis solis Episcopis; & vbi sint debitores Hospitalis, ad solutionem compellendi sunt per Episcopos tantum, quia vt Administratores alijs non subijciuntur. Concilium Trid. sess. 22. cap. 9. de Reformat. & sess. 25. cap. 8. de Reformat. Siluester, Hospitale quæst. 11. n. 20. 21. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 17. Riccius collect. 714. 1655. & 1915. Gutierez quæst. canonic. lib. 1. cap. 35. n. 19. 22. 23. 24. Hinc necessario sequitur, hospitalarios non posse vocari in Iudicium à Ministris laicis, occasione bonorum Hospitalis.

Hostia consecrata si cadat in cloacam, aut in locum immundum, aut comedatur à bruto, tandiù durat ibi corpus Christi, quandiù manent species, quæ durant, quantum duraret substantia panis. Brutum comedit Sacramentum, sed non Sacramentaliter, quia non potest eo vti, tamquam Sacramen-

to, cum rationis sit expers; sed sumit corpus Christi per accidens, sicut ille qui comederet Hostiam Consecratam ignorans, quod esset consecrata. Frãciscus Pegna comment. 15. primæ partis direct. Inquisitorum, & comment. 35. secundæ partis.

I

IActantis, & iactantię pœna. Cap. quam sit graue. De excessibus Prælatorum. Menochius de arbitr. Iudic. casu 321. Baiardus ad Clarum quæst. 87. n. 22. Riccius collect. 1542.

Ieiunandum non est die Dominico. cap. ex parte, de Obseruat. Ieiun. cap. Ieiunium, & cap. Ne quis; de Consecrat. dist. 3.

Ieiunium est seruandum ab Incolis Oppidi: at verò ab Oppido discedentes (non tamen ex industria) & eadem die alibi morantes, non tenetur ieiunare, & à cibis abstinere. Intellige tamen de ieiunijs ex voto, aut oppidi consuetudine, non autem de ieiunijs vniuersalibus. Et in die festi talis oppidi recedens mane ab illo loco Missam tenetur audire ibi, aut alibi, & poterit extra oppidum laborare. Nauar. in Man. cap. 13. n. 5. & cap. 23. n. 120. Sanchez de matrimonio tomo 1. disp. 18. n. 17. Lessius de Iust. & Iure lib. 2. cap. 4. dub. 7. 8.

Ieiunium secundum veriorem opinionem fuit ab Apostolis ex traditione Domini institutum, non à Telesphoro Papa 7. post Petrum; Diuo Ignatio teste Epistola 4. ad Philippenses, qui vixit multo ante tempora Telesphori, Si credimus Diuo Dionysio de diuinis nominibus. Grisaldus decis. fidei Catholicæ, Verbo Ieiunium.

Ieiunium Deo promissum ex voto à Ciuitate facto,& à Clero Episcopi auctoritate confirmato,non ligat Monasteria Regularium existentium in illa Ciuitate; quia Regulares habent sua ieiunia, nec quoad hoc sunt Episcopo subiecti; licet teneantur obseruare dies festos,& interdicta ab Episcopis respectiuè præceptos, & posita. Azorius institut.moral.parte 1.lib.7.cap.30.Oppositum docet Sanchez parte 1. in Decalogum lib.4.cap.15.n.21.Suarez de legibus lib.3.cap.33.

Ieiunare tenetur dispensatus à carnibus ob nocumentum ciborum quadragesimaliũ,quando vnica comestio in die illi sufficit, ob aduersam valetudinem. Nauar.in Man.cap.21.n.22.Beia respons. casuum conscient.Bononiæ 4.parte,casu 10.

Ientaculum quod, & quale sumendum sit in die ieiunij. Beia respons.cas.conscient. par.1.casu 3.

Ignobiles non ita facile,vt Nobiles,sunt eligendi ad officia,& dignitates; quia conantur opprimere nobiliores, vt status vterq; æqualis fiat; sunt enim arrogantes,& superbi. Petrus Cenedus collect.39. ad Decretum.

Ignorãtes pœnas, & cẽsuras latas per extrauagãtes publicatas,& receptas excusãtur in foro cõsciẽtiæ, nõn autem in foro contentioso. Rodriquez q. regular.tomo 2. quæst.56.art.2.

Ignorantia iuris non excusat regulariter,excusat autem quando ius,vel est obscurum, vel dubium, vel non frequentatum; & ignorantia fouetur alicuius viri docti auctoritate. Riccius collect.1644. Nauar.cons.10.32.42.56.de sent.excom.& de pœnit.dist.6.cap.1.n.75.79.

Ignorantia iuris non excusat Religiosum, nisi

Cartusianus sit,aut Monachus, qui numquam ferè egrediuntur è conuentu. Felinus conf. 38. Nauar. conf.42.de sent.excom.

Ignorantia,necessitas, & impotentia excusant in foro conscientiæ à contractibus factis contra legem humanam; debent tamen huiusmodi contractus corrigi, eo ipso, quod error eorum detegitur. Paulus Comitolus lib.de Contractibus cap.24.

Ignorantia,obliuio,& inconsideratio excusant à peccato, & à censuris. Nauar. in Man. cap. 27. n. 73.& conf.1.de priuil.conf.7.de sent.excomm. cõs. 35.de homic.& conf.3. de constit. Homobonus casuum refer. par. 1.cap.7.

Ignorantia Bullæ cænæ non excusat transgressores. Riccius prax.aureæ resolut. 326.

Ignorantia iuris non excusat Doctores. Canonistæ cap. vt animarum, de Constitutionibus in 6. Felinus cap.2.de maior. & obed.Intelligitur tamen quoad valorem actus,quia est nullus,quatenus contra iura factus; nam quoad pœnam talis ignorantia excusat. Innocentius, & alij in cap.si vero; de sent.excom.

Illegitimè nati ad quę possint dispensari. Passarellus in Compend.priuileg.mendic. cap. 24. Nau. conf.2. qui filij sint legitimi.

Immunitas Ecclesiæ. Grilenzonius conf. 45. 88. 106.136.141.

Immunitate gaudet delinquens in dormitorio Monasterij. Riccius prax. aureæ resolut.276.

Immunitate Ecclesiastica non gaudent Ecclesiastici. Riccius decis.591.Prax.Neapol.cap.22.Suarez tomo 1.de Religione lib. 3.cap.10.n.5.

Immunitas Ecclesiastica quoad bona competit

Ecclesiasticis personis iure humano fluente ex iure diuino, & naturali. Michael Salonius tomo 2. de contractibus quæst. 77. art. 5. controu. 3. cap. Tributum. cap. secundum. cap. Sancitum 23. quæst. 8.

Immunitatem Ecclesiasticam violantes, suadentes, instigantes, & inducentes sunt excommunicati, excommunicatione nemini reseruata. cap. Quoniam, de Immunitate in 6. iuncta glossa. Sayrus Suarez, Sanchez, & Reginaldus in expositione casus 15. Bullæ cænæ, & cap. 2. de foro competenti. Iudices vero statuta facientes, aut seruari facientes cum alijs officialibus concurrentibus ad confectionem, obseruantiam, & publicationem eorundem statutorum, sunt excommunicati excommunicatione lata, casu 15. Bullę cænæ. Doctores supracitati. Hi audiri possunt à suis Parochis, sed non sunt absoluendi, nisi data prius satisfactione, vel cautione, necnon facultate obtēta ab habente auctoritatem, cap. Quamquam, de Vsuris. Nauar. in Man. cap. 25. n. 131. & cap. 27. nu. 119. Cardinalis Toletus in Instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 61. Riccius prax. aureæ resolut. 415. Hodie tamen ex bulla cænæ, & ex bulla Gregor. XIV. de immunitate Eccles. sunt excommunicati excommunicatione reseruata.

Impediri potest sanctum officium directè, & indirectè. cap. vt Inquisitionis, de hęreticis in 6.

Impeditores Sancti Officij puniuntur per Inquisitores. cap. statutum, de hęreticis in 6. Diligenter inquirendum est, an impedierint in fauorem errorum, vel potius ob amicitiam, cognationem, & affinitatem. Sunt aliquando suspecti, ideo torquendi, & ad abiurationem compellendi. Farinacius quęst. 182. n. 74. Sunt etiam excommunicati. Ibidem à n. 83. vsq. ad 88.

X Impe-

Impedimentum quando est solius iuris humani tantum, & longo tempore continuatum, sunt relinquendi contrahentes in sua bona fide. Nau. cons. 42. de sponsalibus, & 46. de Simonia, & cons. 1. qu. 10. de constit.

Impediens aliquem à consequendo beneficio, officio, aut alio bono, ita ei debito, vt habuerit ius in se acquisitum, aut ius ad rem, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem. Nauar. in Man. cap. 17. n. 69. cons. 1. de crimine falsi.

Impedimentum publicę honestatis. Grilenzonius cons. 30. Vide Verbo Officialem.

Impotentia viri ad coeundum cum vxore expectanda est per triennium. Intelligitur de impotentia inuisibili, non autem de visibili, qualis est impotentia non valentis membrum eleuare præ magnitudine. Menochius cons. 1255. n. 21.

Incensum dari non debet Episcopo ab vna dignitate genuflexa. Sacra Episcoporum Congregatio 21. Decembris 1587. Episcopo Galliopolitano.

Incensatur ter solus Episcopus, & celebrans. Sacra Episcoporum Congregatio 14. Aprilis 1592. Archiepiscopo Surrentino.

Incertitudo, vel dubium perdendi facit aliquem contractum censeri iustum, qui aliàs non esset talis censendus. cap. in ciuitate, & cap. fin. de vsuris, Nauar. cons. 25. de vsuris.

Incertorum restitutiones possunt Regulares, & sibi, & Monasterijs procurare, non tamen in aliorum præiudicium. Clementina, Religiosi; de Priuilegijs. Nau. cons. 23. de Voto. Graffius cas. reseruat. lib. 2. cap. 13.

Incer-

Incertorum restitutio non est facienda de consilio, & consensu Confessarij, nisi in casu defectus, & negligentiæ. Siluester. Restitutio 8. quæst. 5. Comitolus respons. moral. lib. 1. q. 27. Rodriq. in summa parte 2. cap. 43. conclus. 8. 9. Calderinus cons. 5. de Constit. & cons. 12. de Testamentis. Nau. cons. 22. de vsuris: & in Man. cap. 17. n. 92. & cons. 7. de empt. & vendit. Bonacina de contract. disput. 1. q. 3. pun. 4. n. 3.

Incorrigibiles non sunt eijciendi à Religionibus, nisi post multos, & graues excessus nolint penitere, & emendari. Eiecti celebrare nequeunt absq; dispensatione Apostolica; sed tamquàm ab ordinibus suspensi sunt tractandi; neq; possunt Episcopi illis dare birretum Clericale. Sacra Episcoporum Congregatio 27. Ianuarij 1596. Vicelegato Lisbonæ.

Incorrigibiles, & ob causam eiectionis non redditi inhabiles, ob aliorum ministrorum inopiam, Ecclesiæ sæculari inseruire possunt. Eadem Congregatio eidem Vicelegato 6. Augusti 1596.

Incorrigibiles sunt eijciendi ab ordine. Passarellus in notandis priuilegiorum mendicantium cap. 16.

Incorrigibilis quis dicatur. Reginaldus prax. fori pœnitentialis lib. 9. cap. 23. sect. 1.

Indiciorũ regula certa dari non potest, sed relinquitur Arbitrio Iudicis, qui secundum delicti, personæ, & suspicionum qualitatem, iudicabit indicium sufficiens, vel non. Clarus §. fin. quæst. 20.

Indicia leuia sufficiunt ad capturam, quando timetur de fuga, & ad inquirendum de delicto, non autem ad condemnationem. Clarus vbi supra.

Indicia grauia sufficiunt ad transmittendam inquisi-

quisitionem absenti, ad illum examinandum super delicto, & ad torturam. Clarus vbi supra.

Indicia grauissima sufficiunt ad condemnationem, si tamen sint indubitata, non quidem in pœnam delicti ordinariã, sed in pœnas corporales triremium, fustigationis, ictuum funis &c. Clarus vbi supra.

Indicia leuia non sufficiunt Inquisitoribus ad citandum coram se Viros graues. Nauar. cons. 1. de hæreticis. Pegna comm. 80. 81. 2. p. & com. 110. 3. par. Prax. Neapol. cap. 23.

Indicium propriè est plusquam simplex præsũptio, & est minus semiplena probatione. Clarus vbi supra.

Indicijs violentis, & indubitatis damnari potest Reus in crimine assassinij, hæresis, & Simoniæ tantum, ad pœnam ordinariam. Clarus vbi supra.

Indicium facti resultat ex dicto testis inhabilis, & sufficit ad inquirendum. Indicium iuris resultat ex dicto testis omni exceptione maioris, & sufficit ad torturam. Clarus §. fin. quæst. 21.

Indicium remotum probari debet saltem per duos testes. Clarus vbi supra.

Indicium ad torturam, seu ad pœnam extraordinariam erit, si quis egrediatur è domo vnum tantũ ostium habente, cum gladio sanguinolento, pallida facie; & homo ibidem mortuus reperiatur. Clarus vbi supra.

Indignus Ecclesiastica dignitate quis sit ob morum defectum. Religiosus subditus, & Prælatus, de Obedientia cap. 31. §. 3.

Indulgẽtia quatuor requirit ex receptiori Theologorum sententia; duo ex parte concedentis, nimirum

nimirum auctoritatem,& causam rationabilem,idest opus ad Dei honorem,vel ad Ecclesiæ,aut proximi vtilitatem: & alia duo ex parte recipientis,nempe vt faciat impositum opus,& sit in gratia.

Infamia iuris nocet, quando fuit per sententiam declarata. Menochius cons. 788.n.12.

Inferior dispensare non potest super leges superioris, idest nec tollere, nec moderari illas potest. cap.Inferior.21. dist.Tamen ex quadam æquitate, rationis paritate,& consuetudine aliquando potest. Nauar.in Man.cap.22.n.85.Bonac. de matrim. qu. 3.punct.15.propos.2.

Informatio facit aliquid esse famosũ, quãdo nascitur ex dicto alicuius,qui vidit rem fieri, & creditur à toto populo, vel à maiori parte. Nauar.cons. 59.de sent. excom.

Inimicus capitalis reijcitur per Sanctum Officium, quia hoc est impedimentum iuris naturalis. Farinacius quæst. 12. num. 40. Clarus §.fin.quæst. 14.num. 17.

Inimicitia inter offensum, & suspectum de delicto,ex causa leui orta, non facit indicium ad formandam inquisitionem. Si autem ex causa graui, & capitali duxerit initium, sufficiens erit ad transmittendam inquisitionem,& non ad torturam,cum sit indicium remotum. Clarus §. fin. quæst.21.

Iniuriam remittit salutatio specialis. Canonistæ cum glossa in cap.Adrianus dist.63.

Iniuriantis prauus animus rem aliàs æquam facit iniquam. cap. cum minister,& cap. Relegantes 23.quæst.5.Quia de iure canonico inspicitur,non id,quod fit, sed quo animo fiat. cap.1. in fine 15. quæst.6. & Deus, non manum, sed cor interrogat

14.quæst.5.cap.Si inuenisti. Farinacius conſ. 30.n. 60. & 211.

Inquiſitores poſſunt dare licentiam Confeſſario, vt hæreticum abſoluat. Farinacius quæſt. 97. num.46.

Inquiſitores audire non debent Sacramentales confeſſiones Reorum accedentium, vt ab ipſis abſoluantur; quia ſunt Iudices, non fori pœnitentialis, & interioris, ſed iudiciarij, & exterioris: quod ſi Reus in futurum accuſaretur, & iam fuiſſet ab Inquiſitore Sacramentaliter abſolutus, poſſet illi obijcere, quod confeſſionis ſecretum reuelaſſet. Cum vero delictum Rei fuerit totaliter ſecretum, nec ab eo alicubi manifeſtatum, nec aliquem ſuo errore infecerit, nec ab aliquo fuerit accuſatus; tunc iudiciaria confeſſione omiſſa, poterit illum ſecretè abſoluere, iniuncta ſalutari pœnitentia. Eimericus 3. direct.parte tit.de ſponte venientibus n.59. 60. Pegna comment. 12. 3. partis. Monet tamen, tutius eſſe, vt Inquiſitores nullo pacto Reos abſoluant, niſi recepta prius iudiciali eorum confeſſione. Vide Pegnam comment.25.2.partis Directorij. Repertorium Inquiſitorum, Verbo Abſolutio. Vmbertum Locatum prax.Iudic.Inquiſit.Verbo Abſoluere. Farinacium quæſt.197.n. 46. Albertinum de agnoſcend.cathol.aſſer.quęſt.25.num.7.Simancam cathol. inſtit. tit. 3.

Inquiſitionis Miniſtrum ſe fingens, vt opprimat aliquem, ſpoliet, aut eludat; fuſtigatur, vel ad Remum tranſmittitur, vel punitur arbitrio. Simanca in Enchiridion violatæ Religionis, tit.67.n.19. Menochius de arbit.Iudic.caſ.318. & 320. Farin.conſ. 74.t.1.Riccius collect.1626. Nau.conſ. 32.de ſent.

excom.

excom. Et est excommunicatus excommunicatione 14. Bullæ cœnæ. Idem Nau. in Man. cap. 27. n. 69. D. Thomas 2.2. quæst. 60. art. 6. Farinacius quæst. 27. à n. 9. vsq; ad 36. Clarus §. fin. quæst. 68. Farin. quæst. 114. inspect. 1.

Inquisitores exercere possunt misericordiam cum ijs, qui errores fatentur, nec sunt relapsi, cap. commissi. cap. vt officium, de hæreticis in 6.

Inquisitores, & Episcopi procedunt aliquando diuisim super eodem facto in causis Sancti Officij, & tunc ante sententiam, & torturam Reo inferendam, tenētur vna vice communicare sibi processus. cap. per hoc; de Hæreticis in 6. Farinacius quæst. 7. n. 53. & quæst. 186. n. 81. & sequentibus.

Inquisitor, si facultatem alicui concedat legendi, & retinendi libros vetitos, talis facultas pro suo tantum valebit territorio; quia extra illud nullam habet auctoritatem. Suarez de legibus lib. 8. cap. 26. n. 8.

Insaniæ, dementiæ, & furoris doctrinæ. Farinacius de pœnis temperandis quæst. 94. n. 2. vbi citatos habes alios scribentes. Pegna comm. 22. 3. par. direct. Inquisit.

Insolita non veniunt in generali concessione. cap. fin. de Officio Vicarij in 6. Nauar. cons. 1. de homic. num. 3.

Insolita diligentia fraudis suspicionem inducit. Nauar. ibidem.

Insordescens in excommunicatione. Farinacius Frag. Crim. parte 1. n. 264. cap. fin. de pœnis. Si ex causa hæresis fuit excommunicatus, damnandus est tamquam hæreticus. Ludouicus Paramus de orig. Sancti Officij quæst. 4. n. 69. & de expeditione processus.

Insti-

Institutio ad fauorem loci pij facta, testibus non rogatis est valida. Calderinus conf. 26. de Testamentis.

Intellectus imbecillitas, debilitas, & melancolia excusant plurimum in delictis, attenta præcipuè tenella ætate. Farinacius conf. 66. n. 13. 14.

Intentio ministri actualis, vel saltim virtualis adeo est necessaria in Sacramentis conferendis, & conficiendis, vt si vna illarum non adsit, nullum conferatur, aut conficiatur Sacramentum. Viualdus in Candelab. aureo de Sacram. in genere cap. 2. n. 6. & 14. & parte 4. cap. 1. num. 1. Siluester. Baptismus 3. quæst. 12. art. 8. disp. 1. §. 5. Cabrera 3. parte quæst. 64.

Intentio auctoris magis est attendenda, quam verba. cap. Marcion. 1. quæst. 1.

Interpretatio facienda est contra concedentem; quia legem apertius dicere potuit, maxime in fauorabilibus, quæ non sunt in præiudicium tertij. cap. quia circa, de Priuileg. & cap. Olim, de verb. signif.

Ipso iure, vel ipso facto, quem sensum habeant ista verba. Sanchez in Decalogum parte 1. lib. 2. cap. 22. n. 26.

Irregulares sunt omnes stantes à parte iniuste bellante, si mors aut mutilatio sequatur. Nauar. conf. 14. de homic. & in Man. cap. 27. num. 220. 221. 222.

Irregularis non est, qui bona fide ministrauit in ordine, putans id sibi licere; & id deducitur ex litteris, & decretis Apostolicis, cum dicitur; Qui præsumpserit, ausus fuerit, vel attentauerit: verba enim ista arguunt dolum; dolus autem dicit scientiam, & propositum. Stephanus Quaranta in summa

bulla-

bullarij, Verbo Ordo. Nau. in Man. cap. 27. n. 155. 156. & conf. 1. de priuil. 7. de sent. excomm. 35. de homicidio.

Irregularis est Curatus campanam pulsando, vt capiatur bannitus. Ludouicus Beia respons. cas. Bononiæ parte 1, casu 17. debuit enim præcogitare, quod talis sonus poterat sufficienter dirigi in mortem, vel mutilationem. Sayrus de Censuris lib. 6. cap. 16. num. 12. & cap. 18. num. 9. 20. & lib. 7. cap. 12. Nau. conf. 5. & 6. de homic.

Irregularis est Sacerdos, qui sciens mulierem prægnantem à se redditam, abortum procurare, illam impedire non studet. Intelligitur tamen id fętu animato existente, & effectu secuto; quia tanquam Pater tenetur iustitiæ titulo vitam seruare filio. Nauar. conf. 19. 22. 23. 24. 25. de homicidio. Suarez de censuris. disp. 45. sect. 4. Sanchez in Decalogum parte 1. lib. 1. cap. 10. à nu. 37. vsq; ad 50. Siluester, Homicidium 1. & 3. Reginaldus prax. fori pœnitent. tomo 2. lib. 30. tractatu 2. cap. 12. sect. vltima. Bonacina de Censuris disp. 7. quæst. 4. puncto 8. propos. 5. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Irregularitas 5. ex illicita n. 7.

Irregularitates omnes siue sint à iure, siue ab homine, per Episcopos dispensabiles, dispensari possunt per Confessarios Regulares. Martinus V. prout legitur in Compend. priuileg. Clericorum Regular. parte 2. Iulius II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Alexander VI. vt refert Passarellus in Compend. priuileg. mendic. impressionis Venetæ. Rodriquez quæst. regul. tomo 1. quæst. 24. art. 2. & Regularium priuilegia, quo ad hoc non fuerunt abolita per reductionem Gregorij XIII.

Irregu-

Irregularis non est Clericus campanam sonando, etiam tempore non debito, & tintinabulo aliquem occidendo; quia culpa non dirigitur in mortem: Intellige tamen, si eam diligentiam adhibuit, quæ sufficeret ad illum excusandum à culpa, si tempore debito id fecisset. Nau. in Man. cap. 27. n. 237. Grilenzonius cons. 124.

Irregularitatem contractam ob alicuius censuræ violationem solus Papa dispensat. Nau. cons. 39. de Tempor. ordin. n. 8. Quod intelligendum censeo de Irregularitate publicè contracta.

Irregularis (etiam ex homicidio voluntario) factus post obtenta beneficia, non est ipso iure, aut eo ipso beneficijs priuatus, sed per sententiam est priuandus. Sayrus de Censuris lib. 5. cap. 5. n. 24. Farinac. Rotæ Rom. decis. 236. Nau. cons. 3. de homic.

Irregularis nō est Sacerdos scribens litteras hortatorias Amico ad vindictam contra bannitū, quem occidit. Primò si litteræ non peruenerunt ad Amicum. Secundò si generaliter erant hortatoriæ ad vindictam, & non specialiter ad vindictam auctoritate propria faciendam. Tertiò si fecisset illam etiam sine literis. Nauar. cons. 6. de homic.

Irregularitas non contrahitur nisi in casibus à iure expressis. cap. Is, qui de sent. excom. in 6. Quod verum est pro foro exteriori, in quo nullus pro tali debet declarari nisi in illis casibus. Oppositum videtur asserere cap. ad Audientiam 1. & 2. de Homicidio: vbi statuitur, quod dubitans de Irregularitate habendus est pro Irregulari: tutior enim pars est eligenda, & leges canonicæ ligant in vtroq; foro. Respondetur, id esse intelligendum de dubio facti, non autem de dubio iuris, idest cum à iure nō

L est

est statuta pœna Irregularitatis, etiamsi dubitetur, an ita sit, necne; nullus, inquam, pro Irregulari est pronunciandus; verum in dubio facti, videlicet an pro tali facto Titius incurrerit Irregularitatem à iure positam, tunc habendus erit pro Irregulari; sed requiritur, quod dubium sit in probabili ratione, vel coniectura fundatum, quia non sufficit scrupulus. Sayrus de Censuris lib. 5. cap. 5. n. 15. & 16. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 10. n. 41. Nau. cons. 15. de temp. ordinat.

Irregularitas non contrahitur ex sola assistentia in homicidio, nisi probetur participatio directè, aut indirectè in homicidio. Farinac. Rotæ Rom. decis. 297. Nau. cons. 5. & 6. de homic.

Irregularis est Clericus occidens hominem illum inuadentem, vt occidat; si tamen in defensione fuit à Clerico commissus excessus, idest, si aliter se tueri potuit, Aggressorem non occidendo. Si vero dubitatur de excessu, adhuc irregularis est censendus, & per Episcopum dispensandus. Sayrus de Censuris lib. 6. cap. 17. n. 10. & lib. 7. cap. 7. n. 20.

Irregularis potest canere, & psallere in choro, & facere omnes actus, qui non sunt appropriati alicui ordini Sacro. Nauar. cons. 3. & 68. de homic.

Irregularis est Clericus, qui sclopo exploso in venatione, casu puerum vulnerauit, qui nō ob vulnus, sed ob excessum in victu, & ob incuriam perijt. Nau. cons. 68. de sent. excom. Quod intellige, si vulnus ex sui natura fuit mortale, vel dubitabatur, quod esset mortale. Sayrus de censuris lib. 6. cap. 19. n. 13. & lib. 7. cap. 4. n. 16.

Irregularis non perdit fructus propter irregularitatem, nec distributiones beneficij iuste habiti

ante irregularitatem incursam. cap. Pastoralis de appellat. Nauar. cons. 2. de Clerico excommunicato: & cons. 68. de sent. excomm. num. 3.

Irregularitas est impedimentum ad ordines suscipiendos, & ad eis vtendum, quatenus sunt ordines. Nauar. cons. 3. de homicidio.

Irregularitas ex celebratione publici fornicarij non tollitur ipso iure per pœnitentiam. Nau. cons. 66. de sent. excom. n. 2.

Irregularitas iure humano fuit inducta. cap. ad audientiam, de Homicidio.

Irregularitates, & inhabilitates omnes, etiam Sanctę Sedi expressè reseruatas, tollere possunt Prelati Regulares à suis subditis, exceptis casibus bigamiæ, homicidij voluntarij, & mutilationis membri; idq; semel tantum in vita, dispensatis iniungendo, vt per annum teneantur singulis septimanis recitare semel septem psalmos, cum litanijs. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 20. An autem id possint in foro exteriori, vide eundem quæst. 24. art. 3. 13. 14. Possunt etiam Regulares Confessarij dispensare cum Clericis in irregularitate, vt colligitur ex Bulla 3. Eugenij IV. quæ habetur apud Confectium in Compendio priuil. mendic.

Irregularis ex defectu lenitatis non potest initiari prima tonsura, absq; dispensatione Papæ. Suarez tom. 5. de Censuris disp. 40. sect. 1. n. 11. & sect. 2. n. 2. Nauar. cons. 34. & 35. de homicidio. Sayrus de Censuris lib. 6. cap. 1. n. 19. Auila de Censuris par. 7. disp. 2. dub. 6. Reginaldus tomo 2. prax. fori pœnit. lib. 30. tractatu 1. n. 5. & tract. 2. n. 12. 14.

Alij supponentes, iuxta communem Theologorum sententiam, primam tonsuram non esse propriè

ordinem, sed medium quoddam inter ordines (Nauar. conſ. 12. de tempor. ordin. Suarez tomo 1. de Relig. lib. 4. cap. 56. n. 5.) contrariam tuentur ſententiam, quia in odioſis non eſt facienda extenſio de vno caſu ad alium: canones enim dicunt, irregularem eſſe incapacem ordinum; tonſuratus vero ordinatus dici non poteſt, quia ordinatus habet peculiare officium ad Euchariſtiæ celebrationem directum: tonſuratus vero nullum habet officium circa miniſterium Altaris. Nauar. conſ. 25. de tempor. ordin. Ita vt dici poſſit deputatus ad ordines, ſed non ordinatus, & ideo prima tonſura eſt ordo ſimpliciter, ideſt clericalis, ſed non ordo propriè, Nauar. conſ. 23. de tempor. ordin. nec in prima tonſura, & Epiſcopatu imprimitur caracter, quamuis in Epiſcopatu fiat diſpoſitio conſecratiua, & deputatio. Nauar. conſ. 29. de tempor. ordin. Et cap. cum contingat, De ætate, qualitate, & ordine præficiendorum, vocatur prima tonſura ordo clericalis, & diſt. 21. cap. 1. dicitur in hunc modum: In Eccleſia Dei generaliter vocantur Clerici, qui in Eccleſia Chriſti deſeruiunt, quorum nomina, & gradus ſunt ſequentes, videlicet Oſtiarius, Pſalmiſta, ſic à pſalmis canendis vocatus, & gloſſa per pſalmiſtam hic intelligit initiatum prima tonſura, quæ eſt ſignum Sacramentale, & non ordo, vt in cap. A ſubdiacono 93. diſt. & cap. 20. diſt. 23. nec in Concilio Trident. ſeſſ. 23. prima tonſura appellatur ordo, immo ſecluſa prima tonſura, nec nominata, Concilium loquitur ſemper per ly ordines minores. Reginaldus tom. 2. prax. fori pœnit. lib. 30. tractatu 1. n. 5. 148. Paulus Griſaldus deciſ. fidei catholicæ. Verbo Epiſcopatus. Vide Sanchez in decalogum parte 1. lib. 2.

cap.

cap.10. n.37. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. qu. 24. art. 2.

Itali prima tonſura, ſeu minoribus ordinibus ab alieno Epiſcopo cum falſis dimiſſorijs inſigniti, ſunt priuati priuilegio fori; ſecuta tamen prius deſuper Iudicis Eccleſiaſtici declaratione. Vrbanus VIII. 2. Decembris 1624.

Iubilæum quid ſit, & quæ Iubilæi tempore ſint peragenda. Sanchez par. 1. in Decalogum lib. 4. cap. 54. Comitolus reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 30. Nauar. tract. de Iubilæo.

Iubilæi tempore confeſſus, & abſolutus die Lunæ cum propoſito adimplendi cætera, quamuis poſtmodum alia non perficiat, nec amplius curet Iubilæum accipere, & ſic non accipiat, eſt tamen benè abſolutus. Homobonus caſ. reſeruat. parte 1. cap. 5. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Indulgentia 16. Ludouicus Beia reſponſ. caſuum Bononiæ parte 3. caſu 22. Bonacina de cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. puncto 6. num. 13.

Iubilæi tempore Regulares cõfiteri poſſunt peccata ſua Confeſſario ab Epiſcopo approbato. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Relig. 62.

A Iudæis deſcendentes an ſint recipiendi ad habitum regularem. Paſſarellus in notand. priuileg. mendic. cap. 29.

Iudæus blaſphemus puniendus eſt per Iudicem Eccleſiaſticum. Calderinus conſ. 2. de Iudæis.

Iudex Eccleſiaſticus Reum detinens in carcere adeo rigido, vt ſubſequatur mors, ſeu mortis acceleratio, efficitur Irregularis. Sayrus de Cenſuris lib. 6. cap. 18. n. 23. Farinacius quæſt. 193. n. 106. Nau. conſ. 36. de homic.

Iudex laicus ob assassinium procedere potest cõtra Clericos, quando præuenit, sed non priuatiuè, quoad Iudicem Ecclesiasticum. Sacra Episcoporum Cõgregatio 2.Martij 1594.Episcopo Mantuæ.

Iudicis partes in confessum aliæ non sunt, quam in condemnando. cap.Nos in quemquam 2.quęst. 1.& cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.

Iudices Synodales quinam constitui possint.Grilenzonius cons.127.

Iudex tenetur imponere pœnam à lege præscriptam. Suarez de legibus lib.5.cap. 11. Attamen ex iusta causa Principes, & Iudices superiores possunt illam mitigare. Ibidem.

Iudex procedere debet sola veritate inspecta, & potest abbreuiare substantialia iuris, non tamen prorsus omittere. Rota decis. 3. de Rescriptis.

In iudicijs taciturnitas illius,qui præsens est, reputatur pro consensu. cap. 2. de Accusationibus in *6*.

Iudex laicus potest expoliare armis prohibitis laicos inuentos in Ecclesia. Couaruuias tom.1.lib. 2.cap.20.quæst.36.n. 18. Oppositum verius creditur. cap. definiuit 17. quæst.4. & cap. vt in domibus, de Immunitate in *6*. Vide hunc librum,Verbo Armis. Nauar.cons.44.de sententent.excommunic.

Iudice interrogante aliquem de delicto, quod solus ipse interrogatus nouit, non tenetur interrogatus illud reuelare. cap.2.de maiorit. & obed.& cap. Debitores, de Iureiurando.

Iudex laicus potest punire clericum portantem indebitè arma,pęna ciuili,virtute cõsuetudinis immemorabilis,quæ habet vim priuilegij. Nau.cons. 44.de sent.excom.

Iudi-

Iudices ordinarij, & Delegati possunt recusari tanquam suspecti. Clarus §.fin.quæst.43. Bossius de foro competenti n. 1. Religiosus subditus, & Prælatus quæst. 1. cap. 19.§.1.2.

Iudex errans in subtilitatibus iuris, non peccat. Nauar.cons.10.de Vsuris num. 6.

Iudices Regulares scribere possunt per se ipsos testium dicta, nec obstat cap. Quoniam contra, de Probationib. quia non loquitur de Regularibus ad correctionem tantum procedentibus, & non ad vindictam; nec loquitur de causis minimis, & exiguis. Rodriquez quæst. regul. tom. 2. quæst. 14. art. 3.

Iudices laici excommunicantur, si ob ignorantiam, vel odium ab Episcopis moniti, & ab alijs superioribus Ecclesiasticis requisiti, iustitiam non faciunt Clericis. cap. Administratores 23. quæst. 5.

Iuramentum seruandum non est, quando in contractu enormis læsio adest. Menochius cons. 1223. num. 18.

Iuramentum, seu votum non ludendi non potest absolui, aut dispensari, eo quod vouens dicat, se pati magnam tentationem, & desiderium ludendi; sed requiritur alia iusta causa, vt dispensari possit; vnde Pius V. in tali casu Nobili dispensationem petenti eam concedere noluit. Nau. in Man. cap. 12. n. 11. & cons. 16. de Voto, & cons. 3. de Iureiur. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 3. cap. 18. & 19. n. 4. Bonacina de legib. disp. 4. q. 1. punct. 16. n. 4. 5. 6. Beia par. 1. casu 61.

Iuramento vltra vim obligandi ad veritatem iuratæ rei seruandam, inest quandoq; vis confirmandi contractum, cui adijcitur; vbi non sit contra bo-

nos mores, idest contra ius naturale diuinum, vel canonicum. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 3. cap. 12. n. 5.

Iuramentum potest absque peccato dari ei, quem credimus probabiliter esse peieraturum; si tamen ad id compellimur à lege, vel à parte, de cuius interesse agitur; sed his cessantibus nullo modo deferri debet. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 3. cap. 8.

Iurare est Deum in testem adducere, quod non licet pro re vana, futili, inani, & mendaciter; sed iurandum est cum causa, & necessitate, nec iurare licet per creaturas, nisi quatenus in Deum referuntur, & in ipsis relucet diuina veritas; & bonitas. Azorius instit. moral. parte 1. lib. 11. cap. 1. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 3. cap. 1. & hæc verba: Non assumes nomen Dei tui in vanum, nō deducuntur ex Matth. 5. aut Deut. 5. vel Leuit. 19. sed ex lib. Exodi cap. 20. Reginaldus prax. fori pœnit. lib. 18. in præfatione tom. 2. Per hoc secundum præceptum commendatur nobis externus Dei cultus consistens in verbis; sicut per primum commendatur internus cultus consistens in animo; & per tertium externus cultus in opere consistens. Reginaldus prax. fori pœnit. tom. 2. lib. 18. in præfatione.

Iuramentum in contractibus, & iudicijs licitum est, quia secundum se bonum est, & honestum. D. Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 1. Authentica Sacramenta puberum C. si aduersus venditionem. De Iureiurando, & de Pactis in 6. De Purgatione canonica, & de hæreticis; hinc damnati sunt in Concilio Constantiensi sess. 8. num. 43. VViclephus, & alij oppositum sentientes. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 1. de

iuramento cap.7. Et propterea si quis negaret pertinaciter, non esse licitum Christianis iurare, hæreticus esset. cap. si Christus, de Iureiurando. Deuteronomij 6. Per nomen illius iurabis, D. Thomas 2.2. quęst. 82. art. 2. Castrensis lib. 2. contra hæreses, Verbo iuramentum. Nauar. in Man. cap. 12. n. 4.

Iuramentum apponitur in iudicijs, & contractibus, quia introductum fuit ex fide, qua credunt homines, Deum infallibilem habere omnium veritatum cognitionem vniuersalem, & prouisionem. D. Thomas 2.2. quæst. 89. art. 1.

Iuramentum est actus latriæ, & Religionis, quæ principem obtinet locum inter virtutes morales, quibus colitur Deus. D. Thom. quæst. eadem art. 4.

Iuramentum est omnis controuersiæ finis, & confirmatio. D. Paulus Hebræorum 6.

Iuramentum prohibere potest Princeps laicus in suo dominio, ne in quibusdam iudicijs, & contractibus apponatur. D. Thomas 2.2. quæst. 89. Valentia tom. 3. disp. 6. quæst. 7. puncto 4. Suarez tom. 2. de Religione lib. 2. de Iuramento cap. 38. n. 5. 10. 12. & cap. 41. n. 5. Molina disp. 149. Siluester, Iuramentum 5. quæst. 7. Reginaldus prax. fori pœnit. lib. 18. n. 66. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 3. cap. 22. & cap. 12. n. 43. & cap. 13. n. 13. & cap. 20. n. 3. Emmanuel Sà Aphor. Confess. iuramentum 29. 31.

Iuramentum promissorium, Aliud est omnino sacrum, & spirituale, & Deo factum, vt sunt vota Deo facta, & iuramenta de præstando obedientiam Ecclesiasticis personis, & quæ fiunt in professione fidei de illa tuenda, & retinenda, & quæ fiunt à suspectis de hæresi, abiurando &c. Aliud est humanum, & temporale, & est illud, quod fit homini; ad quod

pertinent iuramenta fieri consueta in iudicijs temporalibus, tam ciuilibus, quàm criminalibus, & in contractibus, promissionibus, & assertionibus de rebus humanis. Cum ergo asseritur, Principem laicum posse dispensare, relaxare, irritare, prohibere, & annullare iuramenta; illud intelligendum est de iuramentis humanis, & hominibus factis, non autem de spiritualibus, sacris, & Deo factis. Suarez tomo 2. de Religione lib. 1. de iuramento cap. 7. n. 4. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 3. cap. 19. n. 4. & cap. 22. n. 6.

Iuramenti obligatio tota pendet ex priuata iurantis intentione, & voluntate, tam quoad substantiam, quam quoad circumstantias; nec magis, aut minus obligat, quam iurans intendat se obligare: est enim tanquã lex priuata ipsius iurantis: hinc quando verba prolata ex sui natura non sunt iuramenta, nihilominus iurans illa profert, credendo quod sint iuramenta, & habet iurandi intentionem, tali in casu obligant tanquàm vera iuramenta. Nec errore excusatur, vel ignorantia, quoniam actio iurandi voluntaria fuit cum intentione se obligandi. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 4. cap. 2. n. 6. & cap. 11. n. 2. & lib. 3. cap. 2. n. 17. Emmanuel Sà Aphor. Confessar. Iuramentum 1.

Iurisdictioni vna re concessa, censentur concessa illa omnia, sine quibus perfici non potest. cap. Pastoralis, & cap. Præterea, de officio delegati.

Iurisdictionem delegatam, & ordinariã habens, videtur in dubio procedere delegata, vel illa, qua magis firmatur processus. Nauar. consl. 32. de sent. excommunic. n. 8.

Quæ contra ius fiunt, pro infectis haberi debent.

Intelligitur primò, quando ita ſuadet æquitas, ſic Bartolus. Intelligitur ſecundò, quando fiunt contra legem, aut in legis fraudem. Comitolus de contractibus. cap. 8. Intelligitur tertiò, cum alia lege ſuſtineri non poſſunt. Ibidem, & cap. 24. par. 2.

Iura ponderant ſemper actiones verbis expreſſas, non corde retentas. Felinus conſ. 38.

Ius parochiale in tribus conſiſtit, ſcilicet in oblationibus, primitijs, & decimis. Silueſter, Altare n. 5.

Iuris apices non tenentur ſeruare Regulares. Paſſarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 17.

A Iure antiquo non eſt recedendum, niſi nouo iure id exprimatur. l. præcipimus C. de appellat. Nau. conſ. 34. de præbendis. Id quod valet, etiamſi eadem ratio in vtroq; caſu inueniretur, vt ibidem annotauit Bartolus, ex Nauar. vbi ſupra.

L

LAici diſputare non debent de fide. Nau. conſ. 17. de hæret. Pegna com. 6. & 25. par. 1. Direct. Inquiſit.

Laicus poteſt capere, & retinere Clericum, ad impediendum delictum, & ſcandalum. Nau. conſ. 38. de ſent. excomm.

Laicus, neq; in mortis articulo, poteſt alicuius audire confeſſionem. Et quamuis cap. 1. de penit. diſt. 6. dicatur: Tanta eſt vis confeſſionis, vt ſi deſit Sacerdos, confiteatur proximo; Reſpondetur tamen, hoc eſſe de conſilio, non de præcepto, & dicere potentiam confitendi, non neceſſitatem faciendi; præterquamquod dicit textus, cõfiteatur, non autẽ abſoluatur; quia talis poteſtatis non eſt capax lai-

cus:

cus: si quis enim in mortis articulo confiteretur mortalia peccata laico probo, docto, & taciturno, non eo animo, vt absolueretur Sacramentaliter, non peccaret, imò exhiberet signum obedientiæ erga Ecclesiam, & contritionis suorum peccatorum. Nauar. dist. 6. de pœnit. cap. 1. n. 75. 79. Graffius decis. aurearum par. 1. lib. 1. cap. 13. n. 89. Vide bullam Gregorij XIII. 6. Augusti 1574. & Clementis VIII. 1. Decembris 1601. contra vsurpantes sibi auctoritatem celebrandi, confessiones audiendi, & absoluendi, cum tamen nec Sacerdotes, nec Sacris ordinibus sint insigniti. Rodriquez quæst. regul. tomo 2. quæst. 28. art. 2. Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo ordo. Vide flores Direct. Inquisit. in fine.

Laici non debent stare in choro, vbi stant Religiosi. cap. 1. de vita & honest. Clericorum. Adest bulla Pij V.

Lector legere potest per substitutum, si tamen substitutus est eiusdem eruditionis. Bartolus in l. Nemo est, ff. de duobus Reis. Compend. operum Nauar. Verbo Lector. Vide hunc librum, Verbo Theologus.

Legata Regularibus facta ad vnum tantum vsũ, possunt per Prælatos Regulares commutari in aliũ vsum; citra scandalum tamen relinquentium ipsa legata. Idem dicas de rebus donatis. Sistus IV. apud Rodriquez quæst. regul. tom. 1. qu. 27. art. 4.

Legatum quinquaginta aureorum factum Bertę, cum nupserit, si Berta præmoriatur, & legatum fuerat factum intuitu personæ tantum, hæres testamentarius illud lucrabitur: Si verò legatum fauore animæ fuerat relictum, vt quia Berta erat egena, in hoc

casu

casu legatum erit conuertendum in alium vsum pium, de consensu Episcopi. Siluester, Legatum. 1. quæst. 14. Armilla legatum n. 7. Sanchez in Decal. par. 1. lib. 4. cap. 11. n. 35.

Legatum testatoris si fiat hoc modo, vt hæredes celebrari faciant singulo anno duo Anniuersaria; vocati autem in testamento iam sint præmortui, & alij in testamento non nominati habeant hæreditatem; In hoc casu hi bonorum relictorum possessores tenentur ad celebrari faciendum illa duo Anniuersaria. Tum quia legatum reale est, & non personale. Tum quia testatoris mentem latè interpretari debemus. Azorius institut. moral. par. 3. lib. 6. cap. 15. in fine. Emmanuel Sà Aphor. Confes. legatum 47. Tum quia testatoris voluntas ambigua, & pietatem respiciens, benignius, & verisimilius interpretanda est, iuxta illud; quod testatorem cogitasse, credibile est. Tum quia mentem testatoris iuxta Regionis consuetudinem interpretari debemus. cap. cum dilectus, de Consuetudine. Tum quia fideicõmissum recipit interpretationem à consuetudine patriæ, vt eò modo intelligatur, quo relinqui consueuit; legatum autem est species fideicommissi. Tum quia non est ferendus qui lucrum amplectitur, & onus adiectum contemnit. Nauar. cons. 14. de Testamentis. Tum denique, quia in dubio legati pij, iudicandum est fauore animæ. Clementina, quia contingit, de Religiosis domibus. cap. Vt animarum periculo, de Constitut. in 6. Prax. Archiep. Neapol. cap. 72.

Circa legatum Hæredes çerti de testatoris volũtate, tenentur illã adimplere, licèt desint solẽnitates requisitæ à Iure. Siluester. Hęres, & hæreditas. Vide Verbo Testator.

Lega-

Legata pia pro fœminis maritandis, seruanda sunt iuxta regulas, & conditiones à testatore præscriptas: quod si fœminę tales non sint, sed tales se fingant, peccant cum obligatione restituendi dotem acceptam. Azorius instit. moral. parte 3. lib. 4. cap. 21.

Legatum laicum factum oretenus, præsente vno teste tantum, & hærede, non est soluendum in foro conscientiæ. Beia casuum conscient. Bonon. par. 1. casu 53.

Legatum Monacho Benedictino factum valet. Vincentius Francus decis. 718. 4. par.

Legatum, non sub conditione, sed sub modo factum, debetur etiam eo non seruato. Modus enim est impropria conditio, quæ est dispositionis moderatio, cum impositione oneris, & hæredes compelli possunt ad seruandum modum. cap. verum, de Condit. apposit. Doctores ibidem.

Legatorum piorum interpretatio sumenda est è mente, & voluntate legantium. Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 5. n. 2.

Legatũ factũ v.g. Ecclesię Sanctę Mariæ, si plures sint talis nominis Ecclesiæ, nec testator cui detur, specificauit, dari debet Ecclesiæ Sanctę Mariæ pauperiori. Glossa in cap. Iudicante, de testamentis.

Legatum ad piam caussam, & fauorem animæ factum tenet, & valet cum adest testamentum solemne, vel minus solemne, vel constat certitudinaliter de mente testatoris, & legantis. Siluester, Testamentum quæst. 5. & legatum 4. quæst. 10. & hæreditas 3. quęst. 7. Diuus Antoninus par. 3. lib. 10. cap. 3. Nauar. consil. 2. & 11. de testam. Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 1. conclus. 4. cap. Quoniam contra;

tra; de Probationibus. cap. cum esses; de testamentis. Glossa in cap. Nuper; de testibus: & in cap. Placuit; de Consecrat. dist. 4. cap. Quam graue; de Crimine falsi. cap. Ex literis, de Constitut. Vide Verbo Testator. Hęredes.

Legatarius auctoritate propria potest sibi capere legatum. Andreas Molfesius cons. 32.

Legatum pro maritandis puellis dari potest etiã viduis, quando nullæ sunt puellæ ætate nubiles, quibus possit legatum dari; tunc enim ex verisimili testatoris voluntate ita credendum est, ne tam pium opus differatur. Sanchez de matrimonio tom. 2. lib. 7. disp. 91. n. 56. 57.

Legatum pium solus Papa mutare potest in aliud opus pium. Clementina, Quia contingit, De religiosis domibus. Si vero pium opus à testatore relictum impleri nõ potest, tunc commutandum erit, Episcopi auctoritate, in aliud opus testatoris voluntati maxime consentaneum. Molina de Contract. disp. 249. Rodriquez in summa par. 2. cap. 72. n. 9. Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 9. & 14. n. 10. Bonac. de contract. disp. 3. quæst. vlt. puncto vlt. n. 63. Riccius decis. 125. par. 2. Ludouicus Beia respons. cas. conscient. Bononiæ part. 4. casu 22. Butrius cons. 26. Felinus cons. 42. n. 17. Riccius decis. 125. par. 2.

Legatum factum in articulo mortis sine Notario, sed coram quinq; testibus, & cum scriptura propria manu signata, ne exigantur rationes administrationis à tali, quodq; non teneatur ad solutionem talis debiti; tenet in vtroq; foro, quia talis dispositio non est propriè legatum, sed relaxatio, seu liberatio &c.

Lega-

Legatum, non ad pias causas, sed ad alias profanas factum, sine Notario, sed coram Parocho, & duobus testibus, cum ipsius Codicillantis subscriptione, existimãtis tale codicillũ valere, sine alijs solemnitatibus, valet in foro conscientiæ: quia bene constat de mente testatoris, quæ tanquam lex, omnibus modis est seruanda. 11. q. 3. quæst. 3. can. vltimo. Heredes vero iure ciuili, & canonico possunt in foro exteriori rem hoc pacto legatam repetere, quam secuta sentẽtia, legatarius tenetur restituere; poterit tamen aduersus hæredes vti compensatione; quia rei dominium, per testatoris dispositionẽ, coram Deo fuit translatum, ex tali codicillo, in ipsum legatarium. Nauar. consf. 2. & 11. de testam. Menochius de arbitr. Iudic. casu 496.

Legatum fauore animæ factum, non censetur in dubio factum ex obligatione. Calderinus cons. 33. de testam.

Legatum ad certum vsum Ecclesiæ relictum, conuerti potest ad alium vsum eiusdem Ecclesiæ. Calder. cons. 22. de testam.

Legata, cum dubia est testatoris voluntas, interpretari debemus à viribus patrimonij testatoris, scilicèt, quid, & quantum reliquerit. Menochius cons. 1251. num. 13. Rolandus Cauagnolius decis. 75. lib. 2.

Legem humanam frangens ex causa, quam putat iustam, non peccat mortaliter. Nauar. commen. de spolijs Clericorum §. 19. n. 10. & in Man. c. 23. n. 43. & cons. 3. de renunciatione n. 5. cons. 4. de accusat. num. 5.

Lex non recepta à maiori parte populi, non ligat. Nauar. cons. 8. & 40. de sentent. excommunicatio-

nis,

nis, & conſ. 83. de Regular. & conſ. 3. de Celebr. Miſſarum, & conſ. 1. de conſtitutionibus quæſt. 5. Azorius inſtit. moral. parte 1. lib. 5. cap. 13.

Lex, quando poteſt dupliciter intelligi, benignior ſenſus eſt amplectendus. l. Benignitas ff. de legibus.

Leges reuocatoriæ priuilegiorum, & gratiarum, nullam habent vim, antequam promulgentur in Prouincia, & Diœceſi. Rodriquez quæſt. regul. tomo 1. quæſt. 21. art. 10. vbi citat Sotum, & Medinam.

Lex vt in foro conſcientiæ liget, debet eſſe publicata, & recepta. Intelligitur de lege præcipiente, vel aliquid inhibente, quod lege diuina, vel naturali non eſt præceptum, vel inhibitum, vt abortus &c. Nauar. conſ. 1. de conſtit. quæſt. 5. Graffius deciſ. aurearum par. 1. lib. 2. cap. 63. n. 37. Riccius collect. 1580.

Contra leges facta, ſancitum eſt imperiali conſtitutione, vt ſint habenda, tamquam non facta, & inutilia. cap. Imperiali 25. quæſt. 2.

Lex pœnalis, etiamſi ipſo iure inducat pœnam, non tamen regulariter ligat quoad forum conſciētiæ. Nauar. conſ. 28. de ſent. excommunic.

Leges humanæ quamuis obligent in conſcientia, nunquam tamen obligant cum diſcrimine vitæ, niſi materia, circa quam feruntur, inuoluat ius naturale diuinum. Beia reſponſ. caſ. conſcient. Bononiæ par. 3. caſu 23. Val. tom. 2. diſp. 7. punct. 6. §. 4. vbi pro eadem ſententia citat Sotum lib. 1. de Iuſt. q. 6. art. 4. & Silueſt. Verbo metus 7.

Lex adaptatur ad id, quod accidit frequentius, nō autem ad illud, quod rarò euenit. Menoch. conſ. 1210. n. 14.

Lex à iure communi exorbitans includit omnes casus, ad quos verba eius secũdum propriam significationem extenduntur; præcipuè quando lex non est odiosa; sed fauorabilis. Nauar. conf. 19. de pœnit. & remiss. num. 7.

Lex à Principe laico lata, & vsu nõ recepta à maiori parte populi, nõ ligat transgressores; Tum quia ferri videtur sub conditione, si populus illam acceptauerit; Tum quia Principis laici potestas pendet à populo. Non sic autem de lege à Principe Ecclesiastico lata, cuius potestas non à Populo, sed à Deo ipso prouenit. Sed dicendum est legem non esse receptam, quando excluditur per aliquos actus contrarios sciente Principe; vel dicitur, non esse receptam, quando Principe ignorante negligitur per decennium, & omittitur. Felinus, Couarruuias, & Duennas citati à Rodriquez quæst. regul. tomo 1. quæst. 6. art. 10. & 11. Riccius collect. 1673. Menochius conf. 783. n. 3. Nauar. in Man. cap. 23. n. 41. 61. Siluest. Lex. q. 6. D. Thomas 1. 2. quæst. 90. art. 4. Valent. T. 2. disp. 7. q. 5. pun. 6. Salon. de contractibus tomo 2. tractatu de censibus art. 3. controu. 4. n. 2.

Legis primi transgressores peccant mortaliter, nisi rationabili, & iusta causa excusentur: quia tenentur omnes Superioribus suis obedire; causa autem iusta, & rationabilis excusans erit, si aliqui volentes legem seruare, vident maiores suos, nec seruare, nec cœpisse seruare. Rodriquez vbi supra. Salonius de censibus art. 3. controu. 10. n. 10.

Lex non habet vim obligandi ad sui obseruantiam, quando sciente legislatore, duo, vel tres actus facti fuerunt contra legem; nec necessarium est, vt actus ipsi fiant in præsentia legislatoris; sed satis

est,

est,quod fiant scientibus Auditoribus Principis, & Correctoribus. Rodriquez loco citato, art. 12. Salonius vbi supra, & art.3.controu.4.num. 6. 7. 8. de censibus.

Lex iusta obligat in foro conscientiæ. Intelligitur,ne contemnatur,& Reus Iudici iustè exequenti non resistat,& vt peccator se ipsum accuset, & salutarem subeat pœnitentiam. Simanca, de Catholicis instit. tit. 9.n.247.

Lex pœnalis nullum obligat ad pœnam in seipsum exequendam. Simanca vbi supra.

Ex tempore legis, quæ crimen inhibuit, pœna criminis est: nec ante legem vlla rei damnatio est, sed ex lege.32.quæst.4.cap.dixit Sara.

Leges ciuiles pœnales obligant ad mortale,in re graui. Zerola Prax. Sacram. pœnit.cap.8.quæst.3. Oppositum docet Nau.cons.4.de constit.tit.2.& in Fragment.Com.de lege Pœnali, nu.23.vbi tenet,legem purè pœnalem,vt sic, non obligare ad culpam.

Lex vetans aliquid fieri,non includit facientem illud ob simplicitatem, & bonum finem,sine contemptu,dolo,superbia,& temeritate. Nauar.cons. 3.de celebr. Missarum,& 85.de Regul.n.4.& cons. 42. 54. de sent. excomm.& 38.40.de præbend. It. 46.de Simonia, & 50. de temp.ordinat.

Leges territorij obligant in conscientia Aduenas,eo modo,quo obligant Incolas. Suarez de legibus lib.3.cap.33.n.3.

Leges ciuiles iustę pro bono communitatis factę ligant Ecclesiasticos, quoad vim directiuam, idest in conscientia,quia transgredientes mortaliter peccant: non vero ligant quoad vim coactiuam, idest non tenētur soluere pœnam adiectam,nisi compulsi

per Iudicem Ecclesiasticum. Suarez de legibus lib. 3.cap.34.n.5.6.10.14.15.Nauar.cons.4.de constit. tit.2. August. Triumphus de Potestate Ecclesiast. quæst. 44.art.2.

Leges Episcoporum Synodales non ligant Regulares exemptos. Suarez de legibus lib. 4. cap. vltimo.

Legis consuetudo inducitur minori tempore, quam decem annorum. Nauar. cons.8.de sent.excomm. num. 4.

Lex humana, & ciuilis obligat in conscientia. Primò, quando legislator id exprimit. Secundò, quando aliquod verbū ponitur in lege, quod iuxta communem sententiam, consueuit firmiter reputari obligatorium in conscientia. Tertiò, si ordinetur ad bonum commune absolutè, ex graui necessitate. Quartò, si recipiatur à Populo, vt sic obligans. Neque semper obligat, cum pœnam temporalem legislatores imponunt, vt putat Couarruuias t.2.in Regul.peccatum par.2.§. puta, dum inquit: Pœnæ comminatio indicium est, legislatorem velle ad culpam obligare. Nauar.in Man.cap.23.n.48.49.Val. t.2.disp.7.quæst.5.punct.6.§.3.

Leges Cæsareæ non obligant in conscientia. Panormit.cap.Quia pleriq;, de Immunit.Eccles.n.42. cap.1.de restit.in integr.n.vltimo. Adrianus quolibeto 6.conclus.2.Siluest.lex.3.quæst.7.Medina de restit.quæst.23.Ludouicus Molina de iust. tractatu 2.disp.82.Nauar.cap.17. in Man. num. 49. Couarruuias cap.cum esses, de testam. & in Epitome par. 2.cap.8.§.5.n. 8. vbi tenet expressè cum communi, quod si quis instituatur hæres ab aliquo, & se obliget hæreditatem restituere filio spurio, quamuis

ambo

ambo peccarent mortaliter, & in pœnam hæreditas deuoluatur ad fiscum, tamen hæres ipse potest tuta conscientia retinere sibi hæreditatem, antequam per sententiam priuetur; quia priuatio fit in pœnam peccati,& pœna in foro conscientiæ non debetur ante latam sententiam. Clarus lib. 3. §. Testamentum quæst.90.Nauar.consf.11.de testam.

Leges humanæ seruandæ sunt in foro animæ. Intelligitur, si in eo non cessat ratio ciuilis. Siluester. vsura 6. quæst. 10.

Leges ciuiles factæ ob bonum publicum, non autem in odium Clericorum, nec de eis mentionem expressam facientes, seruandæ sunt ab Ecclesiasticis. Sanchez in Decalogum par. 2. lib.7.cap. 3.num.20.

Legem humanam, communem, quæ censuram, aut pœnam imponat, transgredientes bona fide, errando circa illius intelligentiam, non peccant mortaliter; quia ignorantia iuris subtilis parum frequentati, seu probabilis ignorantia iuris æquiparatur ignorantiæ facti,& sic excusat, etiamsi fiat aliquid, quod sit contra ius naturale diuinum. Nau. consf.42.de sent.excom.num.2.& consf.54.num.5.

Lex sæcularis grauem imponens pœnam, obligat ad mortale. Angelus, Tabiena, Siluest. Caietanus, Verbo interdictum. Dominicus Soto 4.sententiarum dist.22.quæst.3.art.1.Henriquez Theolog. moral. de excommunicat.lib.13.& de Interdicto cap.46.Vgolinus de Censuris tabula 5.cap.11. §.1.n.10. Oppositum docet Nauar.in Man.cap.23. n.55. vsq; ad 62.

Lex naturæ de seruando secretum commissum, vel proximi famam, concurrens cum altera lege na-

patrimonialium ſoluunt onera certa, & perpetua: ſecus vero ſi compellantur ad ſolutionem onerum temporalium,& incertorum; & exigentes incerta onera,conſuetudine non excuſantur à cenſuris. Bona autem à Patre in titulum beneficij donata filio, ſunt obnoxia collectis ordinarijs tantum. Duardus in Bullam Cęnę can. 18. quæſt. 6. n. 6. & quæſt. 20. n. 1. 14.

Libertas Eccleſiaſtica violatur, cum Iudices laici trahunt ad ſua tribunalia perſonas Eccleſiaſticas auctoritatiuè, & ex eorum prætenſo officio, & ad inſtantiam partis: ſecus autem ſi Eccleſiaſticos trahant amicabiliter, vel ſi Eccleſiaſtici ſponte illis ſe ſubijciant. Expoſitores bullę cęnę ſuper caſu 15. Duardus quæſt. 10. n. 3. 4. 58. 59. & quæſt. 7. nu. 21. & deinceps.

Libertas Eccleſiaſtica violatur ab ijs, qui ſtatuta, & ordinationes condunt contra Eccleſiam, & perſonas Eccleſiaſticas; quiq; conſuetudines inducunt, vel antiquas obſeruari faciunt, aut talem obſeruantiam non impediunt, intentione derogandi Eccleſiæ. Silueſter, Immunitas 2. n. 2. Nauar. in Man. cap. 27. n. 119. 120. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Eccleſia n. 12.

Libellum famoſum inueniens,& publicans in eo contenta, peccat mortaliter. Nauar. de pœnit. diſt. 6. cap. 1. can. Sacerdos. Vbi plura de hac materia.

Libellum famoſum conficientes quomodo ſint puniendi. Vincentius Francus deciſ. 533. 4. part. Riccius collect. 1630.

Libra continet vncias 12. vncia drachmas 8. drachma tres denarios; denarius, ſeu ſcrupulus duos obolos.

Librorum vetitorum retentio, lectio, & impressio. Petrus Cenedus collect. 8. ad Decret.

Libri amissio probatur ex solo amittentis iuramento, si tamen ad illius custodiam non tenebatur; secus vero si tenebatur. Farinacius tomo 2. consil. decis. 35.

Libros vetitos retinentes torquentur in forma, abiurant de leui, & prauam negantes intentionem, dimittuntur cum pœnitentijs salutaribus. Pegna comment. 3. par. 2. Directorij Inquisit. Farinacius quæst. 180. n. 9. 44. Royas singular. fidei 124. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 84.

Libros, & scripta magica retinentes, sunt excommunicati per Bullam Ioannis XXII. Director. Inquisit. par. 2. quæst. 43.

Libros Hæreticorum tractantium de fide, vel de Religione, legentes, & retinentes sunt excommunicati per Bullam Cęnę. Requiritur tamen, quod scienter retineant libros, & sciant adesse excommunicationem. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 10. n. 39. Farinacius de hæresi quæst. 180. n. 9. & 44. Azorius instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 16. Id quod valet, etiamsi vnam tantum hæresim contineant. Sanchez vbi supra n. 34.

Libros hæreticorum de fide, & Religione, qui hæresim non continent, nec tractant, legentes, & retinentes sunt excommunicati per Bullam Pij IV. præmissam Concilio Tridentino, & Indici librorum vetitorum. Sanchez loco citato n. 26. Azorius vbi supra quæst. 5. & 14. Hi tamen libri si correctione indigeant, expurgati permitti debent, per regulam 2. & 5. Indicis librorum vetitorum.

Libros vetitos comburere nullus potest, sed qui-

libet tenetur illos deferre Episcopis, aut Inquisitoribus, ex rescripto Iulij III. Sãchez pręcitato loco n. 56. Azorius vbi supra quæst. 11. Franciscus Pegna comment. 3. par. 2. Director. Adest decretum Greg. XV. 30. Decembris 1623.

Libri hęreticorum tractantes de Religione, ij dicuntur, qui pertinent ad explicationem fidei, sacræ scripturæ, Theologiæ scholasticæ, de cultu Deo, & Sanctis debito, de Clericis, de Monachis, de moribus Christianis, siue de conscientia. Duardus in bullam Cęnę lib. 2. can. 1. quæst. 45. conclus. 2. n. 23.

Licentia legẽdi librum vetitum, suffragatur etiã extra territorium concedentis illam. Nauar. cons. 15. de priuilegijs.

Licentia assumendi ordines, non expirat mortuo, vel remoto concedente. Nau. cons. 48. de temp. ord.

Literas carceratis scribentes, quomodo puniendi. Farin. quæst. 31. n. 104.

Literis Principis non infertur alicui præiudiciũ, nec tollitur ius, nisi clare, & expresse id exprimatur. cap. 1. de filijs Presbyter. ibidem Panormitanus. Siluester, Priuilegium n. 3. & in dubio non debemus præsumere, quod Princeps velit aliquid concedere cum graui alterius dispendio. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quæst. 17. art. 11.

Literas alterius aperiens, si ex consensu præsumpto, vel expresso mittentis, vel eius, cui mittuntur, id faciat, non peccat mortaliter; prout non peccant, qui publica auctoritate ob publicam vtilitatem id faciunt, nec Superiores Regularium sibi subiectorum, nec maritus vxoris, nec Pater filiorum &c. Peccat tamen venialiter, qui sola curiositate ductus citra animum lædendi, vt barbaram derideat

deat phrasim, vel elegantem commendet, vel noua alteri minime nociua addiscat, aperit. Qui vero animo grauiter nocendi aperit, vel ijs apertis grauiter nocet, mortaliter peccat. Nauar. de pœnit. dist. 6. cap. Sacerdos n. 16. Toletus de septē pecc. mort. cap. 45. Stephanus Quaranta in summa bullarij V. casus reseruat. n. 12.

Literæ Papæ suspendi possunt, quo ad executionem, donec melius informetur. cap. si quando, de rescriptis. cap. cum teneamur, de præbendis.

Literis Papæ cum clausula; contradicentes compescendo per censuras &c. potest iustè contradici, de iure, per Glossam solemnem, in cap. Pro illorum de pręben. Nauar. conf. 29. de sent. excom.

Litigium de re graui arguit graue odium. Menochius conf. 1255. n. 5.

Loca vacatura nulli possunt, aut debent promitti, & assignari, nisi secuta vera, & reali vacatione, ex Decreto Sacræ Congregat. Stephanus Quaranta, in summa bullarij, Verbo Monasteria Monialium in fine. cap. ex tenore; de concess. præbendæ.

Lucrum factum per contractum, qui licèt esset verè vsurarius, attamen bona fide, & probabiliter credebatur esse licitus, non est restituendum; sed retineri potest: vel saltem tanta illius pars, quanta verisimiliter per aliquos contractus licitos acquiri potuisset. Nauar. conf. 20. de Vsuris n. 12.

Ludus honestus, & licitus non comprehenditur in voto absolutè facto de non ludendo, nisi vouens aliud intendisset, vel nisi timeret periculum transgrediendi limites ludi iusti. Sanchez de matr. t. 1. lib. 1. disp. 4. n. 5. Nauar. in Man. c. 12. n. 11. & conf. 16. de voto, & voti redempt.

Magia

M

MAgia dęmoniaca est potestas inordinata faciendi, quod est supra naturam, & versatur circa quosdam effectus mirabiles, & semper est peccatum mortale, ratione inuocationis Dæmonis, & hæresis adiunctæ, vel saltem præsumptionis hæresis. Ita omnes.

Magisterium petere an liceat. D. Thomas quolibetó 3. quæst. 4. art. 9. Clementina, cum sit nimis absurdum, De Magistris. Glos. in Verbo honorem. Vide Augustinum Triumphum de Potestate Eccles. quæst. 47. art. 8.

Maleficia, & Veneficia aliquando per striges, & lamias patrari, negari non potest; quia hoc esset negare Sacram Scripturam, leges Pontificias, & Imperiales, Theologorum sententias, & ipsam Praxim. Exodi 22. Leuit. 19. 20. Cap. si per sortiarias 34. qu. 1. & 26. quæst. 1. D. Thomas in 4. sent. dist. 34. quęst. 3. Ricardus, Bonauentura, Scotus 4. sent. dist. 34. quæst. vnica. Siluest. Prierius lib. de mirabilibus operationibus Dęmonum, & Lamiarum. l. Nemo C. de maleficijs.

Maleficæ, & lamiæ realiter, & corporaliter à Dęmone feruntur ad ludum Barilotti. D. Thomas in quæstion. disputatis de Potentia quæst. 6. De Miraculis art. 5. & de malo quæst. 16. de Dæmonibus art. 9. & 10. Siluest. Prierius loco præcitato. Barbantinus lib. de apibus. Et licèt in cap. Episcopi 27. quęst. 1. contraria sententia videatur approbari, videlicet, quod non corporaliter, sed imaginariè tantum ferantur. Respondetur, quod eo in locó reprobatur

probatur fœminarum quarundam hæresis, credentium se deambulare cum Dea Diana, & Herodiade super bestijs realibus, & translationes istas fieri à spiritu diuino, non autem à Dæmone: Nec aliud ibi definitur. Dęmones vero non possunt è carceribus maleficas liberare: Tum quia id vetitum est sibi à Deo; Tum quia impediuntur ab Angelis bonis, D. Augustino teste 3. de Trinit. Tum quia Dęmonis potentia videretur esse maior diuina, & omnes leges subuerterentur. Paludanus 4. sent. dist. 34. q. 2. art. 2. D. August. lib. 15. cap. 23. & lib. 18. cap. 16. de Ciuit. Dei. Notat D. Thomas prætcitato loco, posse Dæmones propria virtute multa operari medijs rebus naturalibus, si tamen hoc illis à Deo permittatur; siquidem Christi passione plurimum fuit detractum potestati Dæmonum: hinc non possunt ad libitum trahere quamcunq; personam, nec eius voluntatem; nec in longinquas regiones transferre. Nauar. in Man. cap. 11. n. 38. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 40. n. 6. Pegna com. 68. par. 2. Direct. Inquisit. Martinus del Rio disquisit. magic. lib. 2. quæst. 16.

Maleficiorum remedia, & an maleficia tolli possint. Lessius de Iust. lib. 2. cap. 44. dub. 5. 6. Azorius instit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 17. quæst. 9.

Maleficio ligatus potest sine peccato rogare aliquam personam, etiam pecunia alliciendo, vt simplici dissolutione maleficium dissoluat; licet credat, quod absq; nouo maleficio nolit illud dissoluere; Caietanus tomo 2. opusculorum tractat. 12. quæst. vnica. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 41. n. 5. Megala instit. Confessar. lib. 5. cap. 14. n. 6.

A malefico parato ad maleficijs maleficia soluenda,

uenda, nullatenus licet id petere; tametsi liceat malefico, vel cuicunq; alij amouere signa malefi-cij, animo destruendi pacti cum Dæmone initi, & obtinendæ sanitatis maleficiati. Sanchez de matrim.tom.3.lib.7.disp.95.96.& in Decal.par.1.lib. 2.cap.41.

Malefica,quæ aliás in officio Inquisitionis carcerata,confessa fuit,multas superstitiones, & maleficia commisisse,de quibus abiurata, & fustigata, & bannita fuit:ac rursus in eisdẽ,& grauioribus comprehensa,confitetur etiam,iuisse ad ludum Barilotti,ibiq; omnia peregisse,quæ in eo peraguntur,censenda est relapsa, & tradenda curiæ sæculari. Grilenzonius consil. 87.

Maledicens Principi puniendus est arbitrio. Menochius de arbitr.Iudic.cas.377. Farinacius quæst. 105, inspectione 10.

Mali quandoq; miracula faciunt. cap. Teneamus, cap. Prophetauit 1.quæst.1.

Mali occasio permittenda non est, nisi cum speratur aliquod maius bonum. D. Thomas 4. sent. dist.35.quæst.vnica art.3.ad 4.Sanchez de Matrim. tom.3.lib.10.disp.12.n. 52. 53. Hinc licèt ducere choreas ex se non sit peccatum,nisi fiat malo modo, & lasciuo, aut mala intentione, cum probabili libidinis periculo. Azorius instit.moral. par. 3. lib. 3. cap. 26. Attamen fuit definitum, Citharœdos, & aliorum instrumentorum pulsatores, nec absoluendos, nec ad Sacramenta esse admittendos, nisi abstineant ab inseruiendo meretricibus choreas ducentibus; eò quod impudici actus ibidem fiant,& impossibile ferè videatur,quin & ipsi delectentur, & aliquem præbeant consensum. Vide Concilia

Medio-

Mediolanensis Ecclesiæ 2. & 4.

Si dicatur, Non peccat Ancilla iuuando Dominam suam ad se ornandum lasciuè, vt concupiscatur; nec peccat ostium aperiens Adultero, vel lectum parans, vt Domina cum Amasio concumbat, ergo nec Citharœdi peccabunt &c. Respondetur, Ancillam concurrere tantum ad substantiam operis indifferentis, præstando Dominæ debitum obsequium, absq; mala intentione, nec peccato consentiendo, & ita non peccare; prout etiam non peccat Seruus parando iussu Domini cænam obligatis ad ieiunium, quia id non est alterius peccato cooperari, sed concurrere ad substantiam huius actus, scilicet quatenus cæna est comestio necessaria ad sustentationem: Idem dicas de vendentibus fucos, venena, & cartas ijs, quos credunt probabiliter non esse male vsuros. Quod si secus, peccant mortaliter. Azorius instit. moral. par. 2. cap. vltimo. Nauar. conf. 6. de pœnit. & remission. & conf. 2. de Iudæis. Bonacina de Matrimonio quæst. 4. puncto 14. n. 5. 6. Vide hunc librum, Verbo Tactus.

Mandatarij depositio, quod fuerit requisitus ad suscipiendum mandatum, nullum facit indicium. Farinacius conf. 192. n. 22. Oppositum docet conf. 99. n. 11. Dicas, quod facit indicium ad instructionem causę tantum. Farin. conf. 19. n. 18.

Mandatarij dictum in tortura facit indicium ad torturam contra mandantem. Farinacius conf. 102. n. 6. Requiritur tamen, quod mandatarius sit integer, aliàs nullum facit indicium, nec ad inquirendum. Farinacius conf. 79. n. 17.

Mandans, & mandatarius puniuntur eadem pęna legali, sed non statutaria. Farin. conf. 76. num. 11.

Mandans,& mandatum reuocans, si postea delictum sequatur,non tenetur amplius de mandato,& de delicto secuto, licèt non intimauerit occidendo reuocationem mandati. Farinacius conſ. 66.n.16.

Mare magnum Regularium quid ſit. Paſſarellus in notandis priuilegiorum mend. cap. 7. Rodriquez quæſt.Regular.tom.1.quæſt.7.art.4.

Maritus poteſt Religionem ingredi,& profiteri, quando vxor publicè eſt adulterata. Sanchez de Matrimonio tom.1.lib.7.diſp.32. 33. Nauar. conſ. 8.de Regularibus,& conſ. 1.3.4.5.6. de Conuerſ. Coniugat. Item conſ. 1.2.3.de Diuortijs.

Maritus ſexagenarius non poteſt habilitari ad Sacros Ordines, vxore in ſæculo remanente, niſi & ipſa ſit 60.annorum. Riccius deciſ.234.235.par.2.

Marito ſæuienti in vxorem,non eſt reſtituenda vxor,niſi cautione data de illam non offendendo,& alendo. Farinac. Rot. Rom, deciſ. 127. 131. 135. 156. 193.

Maritus vxorem occidens cum cauſa, vel ſine cauſa, non poteſt in foro conſcientiæ dotem ſibi retinere,ſi nullos ex illa ſuſcepit filios. Silueſter,Doſ. 16. niſi aliud ſeruetur conſuetudine, vel ſtatuto. Emmanuel Sà Aphor.Confeſ.Doſ.9.Azorius inſtit. moral. par. 3. lib. 3. cap.8.7.notando. Vincentius Francus deciſ. 678. 4.par.Compend.operum Nau. Verbo Doſ.Petrus Cenedus collect. 12. ad Decretum, & collect. 154.ad Decretales. Gloſſa in cap. Admonere,& cap.Inter hæc. 33.quæſt. 2. & l. ſi ab hoſtibus ff. ſoluto matrimonio.

Maritus ſi occidatur ab vxore, ipſa vxor dotis augmentum amittit. Doctores præcitati. Tum quia nullus debet locupletari cum alterius iactura.

Tum quia facit contra ius naturale diuinum; Non occides. Tum tandem, quia timore huius pœnę facilius abstinebant à viris occidendis. Et ita respondet Archiepiscopo Bituricensi Nicolaus Papa, in textibus præcitatis.

Maritus occidens Presbyterum inuentum cum vxore sua incontinenti, non est excommunicatus, etiamsi domi se abscondisset, vt illum venientem occideret. cap. si vero. 1. de sent.excomm.

Maritus ob non solutam dotem potest vxorem expellere,nec tenetur illam alere,aut recipere.Nau. cons.24. de Regular. num.3.

Masculinum continet fœmininum in vltimis voluntatibus. Id verum est, quando testator locutus non est discretiuè, idest constituendo differentiam inter masculos,& fœminas, Menochius cons.1204. num.38.

Matrimonium metu contractum. Menochius cons.1255. Molfesius cons.30.

Matrimonium ratum, & non consummatum Papa dispensare potest. Rodriquez quęst.regul.tom. 3.quęst. 1. art. 5.in fine,vbi citat pro se Caietanum in Opus.1.tom.tract.28. & Nauarum in Man. cap. 22. num.21.

Matrimonij impedimẽtum dirimens potest Episcopus dispensare. Primo si matrimonium sit iam contractum. Secundo, si occultum sit impedimentum. Tertio, si separatio fieri non possit absq; magno scandalo. Quarto, si contrahentes ob iustam causam adire non possint Summum Pontificem, Riccius decis. 261.

Matrimonium,an & quando dissoluatur propter viri impotentiam. Farinacius Rot.Rom.decis.24. & 192.

& 192. Grilenzonius conſ. 120.

Matrimonium probatur præſumptionibus, & coniecturis à iure probatis. Farinacius tomo 2. conſ. deciſ. 62.

Matrimonium, ſi bona fide ſit contractum, nec ſpatio triennij cõſummatũ ex maleficij impedimẽto, & nullum per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici declaratum; poſſunt ipſi Iugales ad alias nuptias conuolare, ſi cum alijs perſonis maleficij impedimentum non habeant, ſed cõſummare poſſint; quia maleficium dirigitur in perſonam certam, ne cum tali poſſit habere copulam, & hac ratione impedimentum præſumitur perpetuum. Frigidi vero ob tale impedimentum à vinculo diſſoluti, ſi cum tempore reaſſumant vires coeundi, relicto ſecundo matrimonio, tenentur primum reſtaurare. Sanchez de matrim. tom. 2.lib.7.diſp.94.n.12.& diſp.99.n.20. 21.cap.lator, & cap.tenor. de ſententia & re iudic. cap.fin.33.queſt.1.Nauar.conſ.1.de frigidis, & maleficiatis. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Matrimonium §. Impedimenta dirimentia, num.14. Magiſter Angelus Vancius Ariminenſis in diſciplina Cleric. lib.4.de Impedimentis matrimonij §. de Impotentia. Farinacius Rot. Rom. deciſ. 24. & 111. 192.

Matutino non recitato Miſſa celebrari poteſt abſq; mortali culpa. Suarez de relig.t.2.lib.4.cap. 24.num.6. Emmanuel Sà Aphor. Confeſ. Miſſa. 22. Margarita caſuum conſcientiæ, Verbo Miſſa. Petrus de Aragon.2.2. quæſt. 83. in explicatione art. 12.dub.5.§. de ordine, quem Miſſa debet habere.

Matutinum recitari poteſt per duas vel tres horas ante ſolis occaſum pro die ſequenti. D.Thom. quolib.5.quæſt.13.art.28. Suarez tom. 2. de Relig.

lib.4.cap.26.n.11.Azorius instit.moral.parte 1.lib. 10.cap.9.quæst.5.Petrus de Aragon.vbi supra §.de tempore etiam.

Medicus, tum ex cap. cum infirmitas, De Pęnit. & remission. tum ex bulla Pij V. 11. Martij 1566. tenetur infirmum per se, vel per alios monere, vt confiteatur, & debet esse certus per fidem à Confessario factam; aliàs infirmum tribus tantum vicibus visitare potest, illum deserendo iuxta tenorem bullæ, sub pena infamiæ, & eiectionis à Collegio; quod intellige de infirmis in lecto decumbentibus. Ita bulla. Sanchez in Decalogum par.1.lib.3.cap. 16.Beia respons.cas.Bononiæ par.1.casu 11.Grassius casuum reseruat. cap.27. Stephanus Quaranta in summa bullarij, Verbo Medicus. Bonacina de legibus disp.4.quęst.1.puncto 16.n.9.Riccius prax. aureæ resolut.399.

Melius est errare in misericordia remittendi, quā in seueritate vlciscendi. Can. Alligant autem 26. quæst. 7.

Mendacium, variatio, & inconstantia, nisi sint circa substantialia, non faciunt indicium ad torturam; id tamen relinquitur arbitrio Iudicis. Clarus §. fin. quæst. 21.

Mendicantes, quinam dicantur, & an compelli possint ad contributiones. Ancaranus cons. 109. Purpuratus cons. 485. & 594.

Mercatori carius vendenti propter dilationem datam ad soluendum, quid sit consulendum. Beia respons. casuum Bononiæ par.1.casu 6.Nauar.cons. 7.de empt. & vendit. & 25. de vsuris.

Mercator soluens falso nuntio, vel cum falsis mandatis pecuniam penes se existentem, an, &

quando

quando liberetur à debito. Farinacius decis. 76. Rotæ Romanæ.

Mercatoris decocti merces occultantes in fraudem creditorum; Amici, Cognati, auxiliantes, & & consulentes occultationem, peccant omnes contra iustitiam, & tenentur ad restitutionem; quia omnes concurrunt positiue ad iniustam actionem, & efficaciter influunt in damnum creditorum: quamuis Mercatores mercium occultationem à se ipsis fecissent.

Idem dicendum est de satellitibus colludentibus cum debitoribus, strenam recipientibus, & nulla executione contra bona debitoris facta, recedentibus, si ex hoc sequatur, quod creditores debitum consequi non possint à suis debitoribus. Salonius de contract. tom. 1. quæst. 70. art. 1. controu. 3. Bonacina de contract. disp. 1. quæst. 2. puncto 3. n. 2. 3. 7. Nauar. cons. 1. de solutionibus.

Mercator pecunias habens decocti, ante detectã decoctionem, potest soluere cuicunq; creditori instanti de mandato debitoris, etiam in anteriorum præiudicium. Farinacius Rot. Roman. decis. 110.

Mercator alienas pecunias tenere potest super cambijs periculo suo, quod si non facit, tenetur ad interesse. Farinacius decis. Rom. 168. Nauar. in Man. cap. 17. n. 296. cap. consuluit. cap. fin. de vsuris. Salonius de contractibus tract. de cambijs q. 4. art. 2. controu. 12. n. 3.

Merces vendi possunt pluris pecunia expectata. Primo si certũ sit, vel saltem dubium, quod merces sint pluris valituræ tempore solutionis. Secundo, si venditor vellet eas seruare inuenditas, vsq; ad illud tempus. Nauar. cons. 25. de vsuris.

Meretrici domum locare est peccatum mortale. Nauar.in Man.cap.16.num.15.Bonacina de Matrimonio quæst.14. puncto 14.n. 5. Quod intellige, si locetur ad meretricandum, non autem si locans intendat locare ad habitandum. Azorius institut. moral.parte 2.lib.12.cap.18.quæst.3.Beia respons. casuum Bononiæ par. 1. cas. 27. Nauar.cons.2.de Iudæis.

Meretrici occisæ an sit concedenda sepultura Sacra. Nauar. cons.4.de sepult.

Metus est iustus, quando imminet periculũ amissionis omnium bonorum, vel maioris partis. Menochius cons. 1252. num. 27.28.

Metus præsumitur cessatus, & purgatus ex cohabitatione mariti cum vxore, & ex osculis: fallit tamen durante causa ipsius metus. Menochius cons. præcitato n. 35.

Metu facta tenent ipso iure, donec rescindantur per Prętorem, matrimonio carnali, vel spirituali excepto. Rota decis.5.de Renunciatione.

Metus purgatus dicitur, si data fugiendi potentia, fugam non arripuit. Menochius citato cons. num. 37.

Milites Diui Ioannis Hierosolymitani sunt verè, & proprie Religiosi, & Regulares. Nauar.cons.21. & 41.de Regul.& cõs.5.de his, quæ vi, metusue &c. & cons.1.de Conuers.coniugat. Rodriquez quæst. regular.tom.1.qu.1.art.6. Petrus de Arag. 2. 2.qu. 88.in expl. art. 11. in resp. ad vlt.contra sententiam D. Thomæ.

Milites, si existant in aliquo oppido, numero minores, quam esse debeant, vtrum Dux illorum possit singulis diebus recipere stipendium militum ibi

non

non existentium. Nauar.consf.3.de pactis.

Minæ à potente, & consueto exequi, illatæ, faciunt indicium ad torturam. Clarus §.fin.quęst.21. Farin. quæst.50.n.22.25.

Minæ illatæ à potente, & assueto &c. malæ vitæ, publica voce, & fama laborante, secuto eiusdem speciei delicto cum minis, quando dubium est, à quo delictum fuerit patratum, faciunt indicium ad torturam, & aliquando ad pœnam extraordinariam. Farinacius quęst.50.n.22.25.Martinus Rius disquisit.magic.lib.5. indicio 6.

Minores 12.annis non excommunicantur ab Ecclesia. Comitolus resp.moral.lib.1.q.17.cum Soto.

Minores mitius, quàm alij sunt puniendi. Bossius tit. de Confessis, & de homicidio. Clarus §. fin.quæst.60.& 64.Menochius de arbitr. Iudic. casu 309.Pegna comment. 13. & 22. primæ par. Direct.Inquisit.Farinacius quæst. 92.

Minoris, & pupilli contractus valent, quando à contractibus remota est fraus, & dolus. Comitolus de contractibus cap. 7.

Minores compelli possunt ad abiurandum: Fœminæ duodecimo anno completo; & masculi quartodecimo. Farinacius quæst.194.n.31.Pegna par. 1.Direct.Inquisit.comm.13.& part.3.comm.17. & 40.Praxis Archiepiscopalis Neapolit. cap. 84. Abiurabunt tamen de leui, non de vehementi.

Minores, etiam in atrocissimis excusantur à pęna ordinaria. Farinacius consf.66.num. 7. 8.

Minor delinquens in delictis spiritualibus, hæresis scilicet, & Simoniæ, non excusatur, sed punitur mitius, quia maior annorum 14. habetur pro maiore, cap. fin. de Iudicijs. Farinacius quæst. 92.

num. 100. Vide Verbo Pueri.

Miracula, vt sint vera, quatuor requiruntur. Primum, vt appareat, quod sint à Deo, & non à Dæmone, vel ab arte. Secundum, vt sint supra naturam, quia, quod fieri potest per naturales causas, non est dicendum miraculum. Tertium, vt effectus fiat præter solitum, & consuetum causandi modum; iustificatio namq; impij non est opus miraculosum, quia cõsuetus iustificationis cursus est, vt Deus moueat animam, & homo conuertatur. Quartum, vt sit ad fidei corroborationem; & ideo, quæ fiunt hominum ministerio, nec tendunt ad confirmandam fidem, non sunt dicenda miracula. Riccius decis. 563. par. primæ. Archidiaconus cap. Nec mirum 26. quæst. 5.

Miraculorum testi singulari fides est adhibenda, si sit nobilis, probatæ vitæ, adminiculatus, etiam si sit domesticus, concurrente præsertim publica fama. Riccius Prax. Aur. Resolut. 495.

Miraculum fieri debet statim, illicò, & repentè. D.Thomas par. 1. quæst. 105. art. 7. 8.

Miraculum à mirando est dictum, & est opus arduum totius creatæ naturæ facultatem excedens, ad ostensionem diuinæ gratiæ, veritatis, & virtutis factum, & ad Ecclesiæ vtilitatem. Ita Sanctus Augustinus in lib. de vtilitate credendi cap. 16. D.Th. vbi supra.

Miracula ex omni parte sunt perfecta; & Medicorum attestationibus constare debet, quod infirmi omninò fuerint liberati, subito, perfectè, & in instanti. D. Thomas par. 3. quæst. 44. art. 3. ad 2. Cęcus vero Marci 8. iuxta sententiam D.Chrisostomi hom. 9. in Matth. statim non fuit liberatus propter

ter eius infidelitatem. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 60.

Miracula assiduè, & quasi ex consuetudine à Deo poscere est Deum tentare. Nec viri Sancti ad miracula edenda vsi sunt certis formulis, sed varijs, prout illis suggerebat Spiritus Sanctus. Qui verò gratiam curationum à Deo acceperunt, non fuit eis concessum, vt talibus verbis, & conditionibus vterentur. Nec personis priuatis licitum est formulas comminisci, quas, nec Ecclesia, nec vsus Ecclesiasticus approbauit. Martinus Rius disquis. magic. lib. 3. par. 2. sect. 2.

Miracula, quę sint, quomodo facięda, & quando, & quę obseruanda sint. Andreas Molfesius cons. 46. Riccius Prax. aureæ resolut. 492. & decis. 563. par. primæ.

Missarum celebrandi onus in Ecclesijs sæcularibus Regulares non assumant, nec Clerici in Ecclesijs Regularium, nisi in casu necessitatis. Sacra Episcoporum Congregatio 11. Septembris 1598. Episcopo Cremonæ.

Missæ, quando ob ingentem numerum celebrari non possunt, declaretur primò, quod in Missis rogabitur Deus pro benefactoribus. Secundò, quod Sacerdotum penuria omnes dici non possunt. Tertiò, celebrentur singulo anno 12. Aniuersaria pro supplemento. Sacra Episcoporum Congregatio 18. Octobris 1593. Vicario Cassani. Extat decretum Sacrę Congregationis Concil. de mandato Vrbani VIII. 1625. 21. Iunij.

Missa audiri potest, & simul iniuncta in confessione pœnitentia recitari. Beia respons. casuu m Bononiæ par. 1. casu 21. Megala instit. conf. lib. 6. cap. 4. n. 5.

Missæ 30. D. Gregorij quando, & quomodo sint celebrandæ. Beia respons. casuum Bononiæ par. 1. casu 23.

Missa quælibet celebrata in Altari priuilegiato, etiamsi non sit de Requiem, liberat animam, &c. Nauar. cons. 14. de Priuilegijs.

Missam vnam celebrando Regulares satisfaciunt pro multis, qui dederunt partem tantum vnius Carolini. Ita Leo X. apud Sorbum, Confectium, & Passarellum in Compend. priuileg. mendic. Nauar. cons. 3. de Priuilegijs. Sed hodie priuilegia hæc videntur reuocata, ex Decreto Sacræ Congregationis Concilij de mandato Vrbani VIII. facto 1625. 21. Iunij.

Missam celebrantes Superiores Regulares Feria 2. & 4. totius anni pro defunctorum animabus, easdem lucrantur pro mortuis indulgentias, ac si celebrarent in Ecclesijs Sanctorum Laurentij, Gregorij, Sebastiani, & Scalę Cœli, ex indulto Clementis VII. Passarellus in Compend. priuileg. mendic.

Missæ commendandæ, seu donandę, possunt dici anticipatè, & cum tempore applicari. Rodriquez in Summa cap. 251. conclus. 9. Petrus de Aragonia de Iust. & Iure quæst. 85. art. 5. Riccius resolut. 361. prax. tertiæ partis. Margarita casuum conscientiæ Verbo Missa. Sed ex Decreto Pauli V. 1605. 5. Nouembris fuerunt abolitæ hæ Missæ donandæ. Vide Fraxinellum Augustinianum de Sacerdotum obligationibus sect. 3. prænotione 5. §. 5. n. 4.

Missarum eleemosina relicta nō est attendenda, tempore testamenti conditi, sed tempore, quo Missę celebrantur; & propterea compellendi sunt hęredes ad illud plus soluendum, quod creuit. Riccius de-

cis.

cis.621.prax.fori Ecclesiastici,& resolut.364.tertię par. Prax. Rolandus Cauagnolius lib. 2. decis.75. consultationum &c.

Missa pro mortuo celebrata,an anima illius liberetur prorsus à pœnis omnibus, & an ita credere possimus. Nauar.cons.10.11.de Priuilegijs: & de Iubilæo notab.15.n.17.

Missam audiens, & sponte se distrahens,ad cogitandum de rebus incompatibilibus attentioni debitæ Missæ,peccat mortaliter. Nauar.in Man.cap. 13.num.17.

Missæ vni Sacerdoti commendatæ non possunt ab eodem alijs Sacerdotibus commendari,pro minori stipendio. Petrus de Aragonia 2.2.quæst.85.art.5. in fine. Rodriquez in summa cap.251.conclus.10. Beia respōs.cas.Bononiæ par. 1.casu 12.Oppositum docet Emmanuel Sà Aphor.Confes.Missa n.45.Hodie ex Decreto Sacræ Congregationis Concilij de mandato Vrbani VIII.hoc idem prohibetur.21.Iunij 1625.

Missam audire non tenetur transiens per locum, vbi est festum particulare: secus si inde recedat, vel eò accedat. Suarez tom.1.de Relig.lib.2.cap. 15.n.9.Lessius de Iust.& Iure lib.4.cap.2.dub.8.n. 56.Emmanuel Sà Aphor.Confes.Missæ auditio 6.

Missa celebrari potest capite tecto,ex infirmitate, dolore capitis,absq; Episc.licentia. Nauar.cons.4. de celebr.Missarum. Rodriquez quæst.regul.t.1.q. 24.art.3.4.5.

Missam ex pręcepto audiendo, possum recitare officium, vel iniunctam pœnitentiam; & ita vtriq; obligationi satisfacio. Megala instit. Confessar. lib.6.cap.4.n.5.Beia cas.Bonon.p.1.casu 21.

Missę,

Missę, non tamen in fundatione impositæ, sed alia de causa à testatoribus relictę, possunt reduci vigore Concilij Tridentini, & ex declaratione Sacrę Congregationis. Sorbo Compend. priuileg. mendic. Verbo Missa, in annotatione Capuccini. Quod intellige de Missis ante Concil. Trident. relictis. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 18.

Missas plures in die celebrans, qua sit pœna puniendus. Farinacius fragment. criminal. par. 1. n. 309. Riccius decis. 351. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 79. Nauar. cons. 9. de celebr. Missarum.

Missam de mortuis celebrans pro viuente, vt moriatur, priuatur ordinibus, & damnatur ad perpetuum carcerem. Farinacius q. 20. n. 106.

Missę ex legato pio ante Concilium Trident. relictę, reduci possunt per Ordinarios, etiam extra Synodum; Per Pręlatos vero Regulares, nonnisi in Capitulis generalibus. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. Rodriquez quęst. regular. tom. 1. quęst. 43. art. 13. & in summa cap. 251. conclus. 13. Beia respons. cas. Bononię par. 4. casu 22.

Missę stipendium taxari potest per Ordinarium, ita vt ex multis stipendijs inadęquatis collatis pro multis Missis dicendis, constituatur vnum integrũ stipendium, & sic vnica Missa satisfiat pluribus stipendijs: & Sacerdos ipse absq; facultate Ordinarij facere id potest. Suarez tom. 3. in 3. par. D. Thomę disp. 86. sect. 1. 2. 3. 4. Azorius institut. moralium parte 3. lib. 12. cap. 6. quæst. 3. Rodriquez quęst. regular. tom. 1. quęst. 43. art. 16. & 17. Reginaldus tomo 2. prax. fori pęnit. lib. 22. n. 232. vsq; ad 240. & lib. 29. n. 157. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Missa 44. Intellige tamen, hęc vera esse, nisi singulis eleemosinam

mosinam conferentibus fidem tuam obstrinxeris, te pro singulis Missam celebraturum, prout cauetur Decreto Sacrę Congregationis Concilij nouissimè publicato 21. Iunij 1625.

Missa publici Concubinarij, si nondum sit denunciatus excommunicatus, audiri potest. Nauar. in Man. cap. 25. n. 77. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Missa num. 8. Zerola prax. Sacram. pęnit. cap. 26. quęst. 17.

Missarum numerum ex testamento relictum, potest Papa restringere, & ad minorem reducere, iustà de causa; sed non ita facilè hęc occurrere potest, vt Summus Pōtifex, in futurum, facultatem vni Ecclesię concedat recipiendi plures eleemosinas, & vnum tantum sacrificium offerendi pro illis, qui dederint. Azorius instit. moral. par. 3. lib. 12. cap. 6. quęst. 5.

Missa concioni est pręferenda, quia concio est de consilio, Missa autem de pręcepto; quamuis Prędicatores eximantur à pręcepto ieiunij, & à recitatione diuini officij. Id enim fit ob bonum publicum, quod non conceditur ob bonum priuatum. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 7. quęst. 10. Cap. interrogo 1. quest. 1.

Molitores granorum, & oliuarum possunt festis diebus extra tempus prędicationis, & Missę maioris, molere, & eodem tempore in Ciuitatem grana, & alia humano victui necessaria inuehere. Sacra Episcoporum Congregatio 15. Februarij 1595. Episcopo Monopolitano.

Monachus acquirit Monasterio totum id, quod acquirit. Riccius prax. aureę resolut. 95. Cap. non dicatis 12. q. 1.

Monachus repudiare non potest, absq; licentia sui superioris, legatum vsusfructus sibi factum. Riccius prax. aureę resolut. 114.

Monachi non possunt esse compatres. 18. quæst. 2. cap. Peruenit. Possunt esse baptizando, sed non leuando. cap. Placuit 16. quæst. 1.

Monachus habetur pro mortuo. Riccius collect. 1624.

Monachus pro beneficio Monasterij potest agere sine mandato sui Abbatis. Rota decis. 11. & 15. de Iudicijs.

Monasterium succedere potest pro suo Regulari. Grilenzonius cons. 1.

Monasteria noua erigi non possunt à Regularibus, inconsulto loci Ordinario. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 23. art. 7. & tom. 2. quæst. 49. art. 3. 4. Stephanus Quaranta, Summa Bullarij, Verbo Monasteria, & Conuentus. Riccius decis. 75. & 140. par. 2.

Monasteria Clericis sæcularibus tradenda non sunt, nisi in defectum Regularium. cap. inter Quatuor, de Religios. domibus.

Monasterium, & Dormitorium Religiosorum non sunt loca Sacra, quæ carnis peccatum, ibi commissum, faciant esse sacrilegium. Nauar. in Manuali cap. 16. num. 3.

A Monasterio eiectus potest cum habitu sæculari Clericali incedere, & sub obedientia sui Episcopi viuere. Nauar. cons. 3. de statu Monachorum.

Monasterium non tenetur ex delicto Monachi, quia redundare non debet in Ecclesiæ damnum; nec tenetur ex contractu, nisi in vtilitatem Conuentus redundauerit, vel administratio fuerit illi commissa.

missa. Siluester, Religio 8.n. 3. Nauar. cons. 73. de regular.cons. 5.de pactis,& 4. de iniurijs. Molina disp.525.n.4.Sanchez in decal.p.2.lib.7.cap.31. n.9.vsque ad 34.Naldus V.Religiosus nu.31.Vide Verbo Regulares.

Monasteria non admittant, aut recipiant delinquentes, ne præiudicium fiat iustitiæ, & ministris eius. Clemens VIII. Archiepiscopo Neapolitano, & Vicario Bononiensi prout refert Marius Italia de immunit.lib.1.cap.5. & §. 8. Farinacius de Immunit.vbi leguntur Clementis VIII. duo decreta contra Superiores Regulares.

Monialibus professis permitti non potest, vt absq; licentia suæ superioris expendant pecunias; hac obtenta possunt eleemosinas sibi factas, vel alias propria industria acquisitas, ad vsus necessarios applicare. Sacra Episcoporum Congregatio 9. Augusti 1594. Archiepiscopo Burgensi.

Moniales illegitimæ, superiores esse possunt. Sacra Episcoporum Congregatio 3. Ianuarij 1594. Episcopo Spoleti,& 21. Martij 1594. Episcopo Cataniæ;& 4. Octobris 1594. Episcopo Cortonæ. Nec obstat Sixti V. Bulla.

Monialis legata sibi facta retinere potest, & illa expendere, dummodo penes illam pecuniæ non remaneant. Sacra Episcoporum Congregatio 17. Septembris 1585. Archiepiscopo Burgensi.

Ad Monialium Monasteria non accedant Magistri Cantus, aut sonuum ad Moniales docendas. Sacra Episcoporum Congregatio 1. Maij 1584. Episcopo Ferrariæ.

Moniales non admittant in suis Ecclesijs musicas, cantus, & sonum ab Aduenis. Sacra Episcoporum

rum Congregatio 20. Martij 1584. Cardinali Paleotto.

Monialibus per suos superiores vsus mobilium concedi potest. Riccius prax. aureę resolut. 195.

Monialium Monasteria, vt quis ingredi licitè possit, duo copulatiuè requiruntur, videlicet superioris licentia in scriptis, & causa moralis, siue rationabilis, & necessaria; Quoad Monasteria Episcopis subiecta, ab Episcopo licentia obtinenda est: Quoad illa vero, quæ sunt Regularibus subiecta, à Prælatis Regularibus. Ita Pius V. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quæst. 44. art. 3. quęst. 45. art. 5. 6. 7. & quęst. 46. art. 1. 2. 4. 5. Nauar. comment. 4. de Regular. num. 19. & cons. 6. de statu Monachorum. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Monasterium 1. & 3. Naldus resol. practicarum, Clausura 5. Si vero consuetudo adesset, vt Episcopi darent licentiam ingrediendi Monasteria Regularibus subiecta, tunc sola Pręlati Regularis licentia non sufficeret. Sacra Concilij Congregatio. Quæ autem causa moraliter rationabilis sit, & necessaria, relinquitur arbitrio Superiorum licentias concedentium. Rodriquez vbi supra. Beia respons. cas. Bononiæ par. 1. casu 30.

Monialium Monasteria intrantes cum licentia, finito negotio, cuius causa sunt ingressi, si curiositate ducti aliò diuertant, nec peccant, nec censuras contrahunt: Si vero mala intentione aliò se transferant, peccant, & sunt excommunicati. Sorbo Capuccinus Compend. priuileg. mendic. Verbo ingredi Monasteria Monialium §. vltra omnia supradicta. Homobonus cas. reseruat. par. 2. cap. 5. Beia respons. cas. Bonon. par. 1. cas. 30. Oppositum sentire

videtur

videtur Naldus practicarum Resolut. Verbo Monialis 15.

Monialium Monasteria ingredi possunt pueri, & puellæ non habentes rationis vsum. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 8. Oppositum docet Comitolus respons. moral. lib. 6. quæst. 19. 20.

Monetam falsam expendens; quomodo puniatur. Riccius decis. 294. par. 2.

Moneta si augeatur à Principe, vel minuatur, quid respectu solutionum faciendarum. Rebellus de obligat. Iustitię par. 2. lib. 11. quęst. 15.

Moneta soluenda est iuxta valorem, quem habebat eo tempore, quo celebratus fuit contractus, non autem iuxta valorem, quem habet tempore solutionis faciendæ. Purpuratus cons. 522. Grilenzonius cons. 89. Nauar. in Man. cap. 17. n. 294. Emmanuel Sà Aphor. Confes. debitū 1. 2. 3. cap. Olim, & cap. cum Canonicis. de Censibus.

Monitorium sine clausula iustificatiua, si te grauatum senseris, &c. est nullum, & excommunicatio nulla, quia non licet incipere ab executione latam sententiam. Nauar. cons. 3. de Clerico excommunicato.

Monitio canonica dicitur ea, quæ habet dierum interualla, & ita est seruandum, nisi facti necessitas aliud suadeat, cap. Constitutionem. De sent. excomm. in 6.

Montis pietatis exemptio. Grilenzonius cons. 2.

Mons pietatis, vt iustè agat tenetur seruare constitutionem Iulij III. & pecunias deponentibus erogare potest quatuor pro centum. Nauar. cons. 17. de vsuris.

Mortem qui sibi inferunt, quid de ipsis iura disponant.

sponant. cap.Placuit,& cap. Si non licet 23. quęst. 5.cap.ex parte, de Sepulturis. Couarruuias variarum resolutionum, cap. 1.Abbas. cap. Contingit. de sent.excom.Menochius de arbitr.Iudic.caſ.284. D.Thomas 2.2.quęst.64.art.5.August.Triumphus de Potest. Eccles. quęst.52.art.4.

Mortis articulus pro consecutione indulgentiæ. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 36.

Mortis pęna per Sanctum Officium infligitur prima vice negantibus Sanctiss.Trinitatē, Christi diuinitatem, Conceptionem de Spiritu Sancto, & illius mortem, Beatæ Mariæ Virginitatem, necnon abutentibus augustissimo Eucharistiæ Sacramento. Bulla Pauli IV. prout in fine Directorij Inquisit. Prax. Archiepiſ.Neapolit.cap. 84. Infertur quoque lamijs, & strigibus, & maleficis, Ex Decreto Gregorij XV. 20. Martij 1623.

Moriens potest requiri sine peccato, vt reuelet suum statum. D.Thomas quolib.3.quęst.9.art.22.

Mortui detrimentum patiuntur ex negligentia hæredum, in restituendo debita ipsorum defunctorum. Nauar. conſ. 26. de pœnit. & remiſſ. Immò possunt etiam aliquod detrimentum sentire ex eo, quod retardentur eleemosinę, quas dari mandarunt. Nauar. ibid. D. Thom. quol. 6. quæst. 13. art. 13.

Mulier quędam habuit viginti duos maritos, quorum postremus etiam ipse iam viginti vxores sepelierat. Ita D. Hieronymus, prout refert Menochius de arbitr.Iudic.caſ.417.num.5.

Mulieres duę à Confessario sollicitatæ, & singulares, dummodo sint honestæ vitæ, concordes, integræ, & contestes in specie heresis, licet sint singula-

res

res in loco, tempore, ſerie, & contextu verborum, ſufficiunt ad condemnationem. Ludouicus Paramus quæſt. 10. de officio, & origine Sancti Officij, de ſollicitat. num. 159.

Mulierum ornatus an, & quando ſit mortalis. Emmanuel Sà Aphoriſ. Confeſſ. Verbo ornatus. Vide Verbo tactus, & viſus. Magiſter Angelus Vancius Arim. in diſcipl. Cleric. lib. 4. de fuco, & ornatu mulierum.

Mutatio nominis licet, dummodo fiat ſine fraude, & præiudicio alterius, niſi eſſet ſeruus; vel ad creditores, vel ad alios fraudandum id fieret; ſed melius eſt, id agere cum Epiſcopi, vel Gubernatoris auctoritate; vt nemo decipi poſſit, & nomen ſibi mutans euitet periculum falſi, & præſumptionis fraudis. Nauar. conſ. 2. de crimine falſi.

Mutuans, & mutuatarius poſſunt conuenire ſuper intereſſe probabili lucri ceſſantis, & damni emergentis. Nauar. in Man. cap. 17. num. 211. & conſ. 4. de Iudæis, & conſ. 7. de Vſuris num. 5. & in Comment. de vſuris Not. 15. num. 42.

Mutuatarius non tenetur ſoluere aliquid vltra ſortem, niſi moroſus ſit in ſoluendo, vel creditor ſit mercator, qui à mercando ceſſaret: moroſus tamen non eſt, niſi fuerit interpellatus: Nec promiſſio ſimplex de ſoluendo vſuras valet iure diuino, & canonico; iurata tamen obligat ad ſoluendum, & reddendum Deo iuramentum: quamuis ab Epiſcopo vel à ſummo Pontifice poſſit peti relaxatio talis iuramenti. Nauar. conſ. 3. de vſuris.

In mutuo poteſt pœna apponi. cap. conqueſtus 12. quæſt. 2. gloſ. in cap. conqueſtus, de Vſuris.

Mutuans ad vſuram, nullo iure ciuili, aut canoni-

co scripto, perdit ipso iure pecuniam mutuatam. Nauar. cons. 10. de vsuris num. 2.

Mutuare cum fœnore nō licet ad opera pia exercenda, vel ad redimendos captiuos. Nauar. cons. 17. de vsuris num. 6. cap. super eo, de vsuris.

N

Natus qui ex Deo est, non peccat. D. Ioannes, Epist. 1. cap. 5. Intelligitur si operatur, prout natus est ex Deo, & ita non est lex posita iusto ex parte Iustitiæ. Suarez de legibus lib. 1. cap. 19. n. 4.

Necessarium illud dicitur, sine quo non potest quis honestè viuere, & sine dignitate stare. Menochius cons. 1208. num. 3.

Necessitas moralis alia non est, quam illa honestatis, & ciuilitatis; nam ille moraliter viuere dicitur, qui honeste, & ciuiliter viuit. Menochius cons. 1206. num. 3.

Negligentia quando præsumatur. Menochius cons. 1205. num. 46. 48.

Negligentia non præsumitur in viro diligenti, & versuto. Menochius cons. 1251. num. 6.

Negligentia insolita arguere videtur voluntatem fraudandi legem. Nauar. cons. 1. de homicidio num. 3.

Negotiorum gestor recipiens à Domino mille aureos, soluendos illius creditori, potest illos commutare in monetam argenteam cum lucro, & soluendo creditori sui Domini, potest retinere illud lucrum, seu augmentum, quia est fructus industriæ prouéniens ex pecuniaria negotiatione. Nec tenetur Domino restituere lucrum, quia dedit absolutè,

non

non curans in qua monetæ ſpecie fiat ſolutio. Nec tenetur reſtituere creditori, quia talis monetæ ſpecies non erat ei debita. Verum ſi Domini ſui mens ea erat, vt illam monetæ ſpeciem traderet creditori, eò quod cupiebat illi gratificari, etiam cum occaſione lucri, tunc ſi creditor erat lucraturus, tenetur ad reſtitutionem lucri ceſſantis, quanti æſtimabatur ſpecies illa lucri. Quod ſi creditor non erat lucraturus, ad nihil tenebitur geſtor negotiorum. Nauar. conſ. 12. de Vſuris, & conſ. 3. de ſolut. Molina diſp. 402. Azorius inſtitut. moral. par. 3. lib. 10. cap. 4. quæſt. 11. de cambijs. Leſſius de Iuſt. & Iure lib. 2. cap. 23. dub. 2. n. 18. Rebellus de obligat. Iuſt. par. 2. lib. 11. quæſt. 10. n. 28.

Negotiatio quæ, & qualis ſit Clericis interdicta. Salonius de contractib. tom. 2. quæſt. 77. art. 4. controu. 4. Nauar. conſ. 10. de teſtam. & conſ. 3. de ſucceſſ. ab inteſtato. Praxis Archiep. Neapolit. cap. 77.

Nobilis, & diues non præſumitur pro re modica velle dolum, & fraudem committere. Menochius conſ. 1206. num. 44.

Nobilitati eſt parcendum. cap. Grauem, de pœnis. Intelligitur quoad pœnas ignominioſas. Gloſſa, & Doctores ibidem. Farinacius conſ. 74. num. 8. Clarus §. fin. quæſt. 60. Riccius deciſ. 278. par. 2.

Nobilitati eſt deferendum in irroganda pœna. 24. quæſt. 1. cap. qui contra.

Nobiles delinquentes pœnis ignominioſis non ſunt afficiendi. Riccius deciſ. 19. 232. 278. par. 2.

Nobilitas probatur per publicam vocem, & famam, & per inſtrumenta antiqua. Farinac. Rot. Rom. deciſ. 243. 248. 290. 315.

Nomina testium non sunt publicanda Regularibus in causis criminalibus, ne publicatio ipsa discordias,& odia succrescere faciat : ita cauetur in Cõstitutionibus fratrum Heremitarum Sancti Augustini, quæ fuerunt examinatæ, & approbatæ ab Illustrissimis Dominis Cardinalibus Alciato, & Iustiniano, de mandato Gregorij XIII. & ab eodem Sanctissimo confirmatæ. Oppositum docent Victorinus Auersanus de modo procedendi in causis Regularium cap.7.n.8. Franciscus Ghislerius, de Iudice Regularium cap.11.n.24.Franciscus Aretinus in practica criminali canonica, de quarto substantiali iudicij. cap. 2. in principio.

Notarius testificatur per duos sensus, videlicet per visum, & per auditum. Abbas in cap. cum causam, de Testibus. Non tenetur personas contrahentes cognoscere. Glos.in l.fin.ff.de Iure deliberandi,Verbo cognoscant. Francus decis.362.Thesaurus decis.78.par.2.

Notarius in dubio,præsumitur, quòd errore potius,quàm malitia deliquerit. Bossius in prax. criminali tit.de falsis n.42.55.56. 58. Attendenda est tamen illius qualitas. Ibidem num.58. Farinacius quæst.152.à n.31.vsq; ad 46,& cons. 139. & Rotæ Romanæ decis. 233.

Notarius scripturam non exhibens in eius officio productam,tenetur ad interesse. Farin.decis.97. 339.370. Rotæ Rom.

Notarius non tenetur pro fideiussore minus idoneo ab eo recepto, si receptionis tempore pro idoneo habebatur. Farinacius decis.Rom. 45.

Notario an sit magis credendum,quam testi neganti,se ita deposuisse,prout scripsit Notarius. Farinacius

rinacius de falsitate quęst. 158. num. 187. Vmbertus Locatus prax. Iudiciaria Inquisit. Verbo citatio. Repertorium Inquisit. Verbo Notarius. Bossius tit. de falsis num. 42.

Notarius falsus quandiu toleratur, nec condemnatur, non prohibetur conficere alia instrumenta. Farin. Rotæ Rom. decis. 220.

Notorius Clerici percussor ille dicitur, qui in maiori parte vicinitatis, Collegij, vel Oppiduli notus est per testes oculatos: aliquando tamen arbitrio prudentis relinquitur, quod factum, vel crimen adeo notorium dicatur, vt nulla possit tergiuersatione occultari: in magna namq; vrbe, quod sex, aut octo testes illum viderint percutientem, satis non est, vt factum dicatur notorium, vel percussor notorius. Henriquez in sum. theolog. moral. lib. 13. cap. 5. num. 2.

Notoria non præsumuntur omnibus esse cognita. Menochius cons. 725. num. 15.

Nouitij aliqui esse possunt ante rationis vsum, si Religioni offerantur à parentibus. Suarez tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 1. num. 10.

Nouitij gaudent priuilegio fori, & canonis. Nauar. cons. 48. de Regular. Molina de Iust. & Iure disp. 49. num. 24. Rodriquez quæst. regular. tomo 2. quæst. 2. art. 10. & quæst. 62. art. 14. & 15. eiusdem tom. 2. Item tom. 1. quæst. 21. art. 11.

Nouitij possunt assumere Sacros ordines cum licentia Episcopi originis, vel domicilij, nec propterea suspensi, aut irregulares erunt. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 4. cap. 39. n. 19. 20. 21. Bonacina de Sacramentis disp. 8. quæst. vnica, puncto 5. n. 24. Stephanus Quaranta, in sũma Bullarij Verbo ordo.

Nec obstat Pij V. Bulla relata à Quaranta vbi supra, quia Bulla loquitur de Clericis Regularibus tantum, qui vel nunquam, aut valde serò solemnia emittunt vota, vel à Superioribus licentiantur, vel ipsi spontè exeunt, & libere. Verba Bullæ sunt clara. Naldus in summa, Verbo Nouititius num. 8.

Nouitius si moriatur, quid de rebus, & bonis eius sit agendum. Duardus in Bullam Cænæ lib. 2. can. 15. quæst. 19. num. 110.

Nouitiorum receptio spectat ad Prælatum immediatum conuentuum particularium, cum maiori parte Capituli. Glos. in cap. fin. de regulis iuris in 6. Verbo pertineat, cum canonistis ibidem. Vide capitulum, Cum Ecclesia Vulterana, de electione. Nauar. cons. 1. vt lite pendente &c.

Nouitij in Religione à casibus reseruatis absoluti, & deinde ab illa exeuntes, an sint bene absoluti. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 33.

Nouitij renunciatio bonorum omnium. Passarellus in notandis priuilegiorum mendicantium cap. 37. 38.

Nouitius, si parētes habeat in necessitate, & profiteri cupiat, quid illi consulendum. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 41.

Nouitij à Religione exeuntes. Passarellus in not. priuileg. mendic. cap. 43.

Nouitij promoueri non possunt ad ordines; alij tamen docent posse, vbi à suis Prælatis dispensationem obtinere possint. Sanchez loco paulo ante citato. Riccius decis. 523. par. 2. Antonius Naldus practic. quæst. Verbo Ordo n. 10.

Nouitij delinquentes, quamuis perfectè, & integrè non sint partes Religionis, puniri tamen possunt

sunt per Regulares Prælatos; quia dum Papa eximit ordinem à Iurisdictione Ordinariorum, & laicorum, illum eximit quoad omnes partes, quæ sunt sub disciplina Regulari: nec expedit, Nouitios sub alia iurisdictione esse, quam suæ Religionis; & gaudent priuilegio fori, & canonis. Molina de Iust. & Iure disp. 49. n. 24.

Nouitij puniri possunt pœna carceris, non tanquam pœna iudiciali, cum non sit illorum Iudex Prælatus Regularis; sed tamquam pœnitentia illis data, & ab eisdem acceptata; nam quoad fauorabilia inter Religiosos computantur, non quoad odiosa. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 21. art. 11.

Nouitius de licentia sui Prælati, potest annum probationis facere extra Nouitiatum, & extra Monasterium. Graffius decis. aurearum par. 1. lib. 3. cap. 5. nu. 18. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Religio n. 9. Nauar. cons. 10. de Cleric. non resid. num. 3.

Nouitius completo 16. anno, iuxta Concilium Trident. sess. 25. cap. 16. professionem emittere debet. Sacra Concilij Congregatio declarauit, id locum habere in ijs Nouitijs, quos Superiores habiles ad profitendum eo tempore inuenerint. Inhabiles vero, & spem probabilem dantes, quod infra semestre futuri sint habiles, poterũt vsq; in illud tempus, Superiorum arbitrio, professionem differre. Nauar. cons. 11. de officio Iudicis ordinarij, & cons. 29. de Regular. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 18. n. 54. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Relig. 3. Stephanus Quarãta in summa Bullarij, Verbo Monasteria Regularium.

Nouitij à censuris absolui possunt, & à casibus

reseruatis in Religione, per illos Confessarios, per quos poterant absolui in sęculo, etiam inconsultis Regularibus Prælatis, quia non sunt verè, & realiter Religiosi, & ideo non ligantur Regulæ, & Religionis statutis. cap. Religioso, de sent. excom. in 6. Rodriquez quęst. regular. tom. 1. quęst. 21. art. 11. Azorius instit. moral. parte 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 10. Homobonus cas. reseruat. par. 1. cap. 2. & par. 2. cap. 4. Coriolanus casuum reseruat. par. 1. sect. 3. art. 14.

Nouitij subduntur Prælatis, non vt Religiosi professi, sed vt Nouitij, qui tenentur ad supportandas Religionis asperitates; non sub pœna mortalis peccati, ita vt peccent in eis deficiendo, sed sub pœna expulsionis à Religione, vt ad professionem minime admittantur, si Prælati nouerint illos incontinentes, inobedientes, & Confessarios subreptitiè eligentes; Nouitij namq; tantum ingrediuntur ad probandos Religionis mores, si illis placeant, & è contra. cap. ad Apostolicam, de Regularibus. Rodriquez loco præcitato.

Numerus peccatorum necessario est aperiendus in confessione. Beia respons. cas. Bononiæ par. 1. casu 9.

Nuptias binas contrahens fit de hæresi suspectus. Pegna comment. 81. par. 2. Direct. Inquisit. Farinacius quæst. 8. n. 127.

O

Obediendum an sit Prælatis Regularibus præcipientibus suis subditis, vt occulta fratrum delicta reuelent. D. Thomas quolib. 1. quæst. 8. art. 15. 16.

Obno-

Obnoxij ad ratiocinia reddenda, siue ad debita soluenda, Religiosi fieri non possunt, ex Bulla Sixti V. contra facinorosos: Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 4. cap. 19. Nauar. cons. 1. de regularib. nu. 7. & cons. 26. num. 1. Item cons. 28. de Voto. Vide Verbo Habitus, & Clericatus assumptus.

Occasionem mali non auferre licet aliquando, ad aliquod maius bonum. Sanchez de Matrimonio tom. 3. lib. 10. disp. 12. num. 52. 53.

Occidere Aggressorem licitum est pro defensione propriæ vitæ, quando tamen Aggressor cœpit moraliter aggredi. Lessius de Iust. & Iure lib. 2. cap. 9. dub. 8. Bonacina de Contract. disp. 2. quæst. vltima, sect. 1. puncto 9. Azorius instit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 2. quæst. 3. 12.

Occulta peccata, quæ ab Ordinarijs locorum absolui possunt, vigore Concilij Tridentini, ea dicuntur, quæ publica non sunt; publica vero dicuntur, quæ sunt manifesta, famosa & notoria. Megala Instit. Confess. lib. 1. cap. 13. num. 3.

Occultare bona delinquentis damnati, peccatum est mortale, cum obligatione restituendi bona fisco, etiam non petenti. Nauar. cons. 1. de Donatione inter virum, & vxorem num. 5.

Occultare scripturam ad aliquem iusto titulo spectantem, vt successionis in hæreditate, peccatum est cõtra Iustitiam, & occultans tenetur ad scripturæ restitutionem, & damnorum illatorũ, etiam Iudice non præcipiente. Salonius de contract. tom. 1. q. 70. art. 1. controu. 3. Bonac. de contract. disp. 1. quæst. 2. puncto 3. num. 2. 3. 7. Et est sententia communis; quia hæc est actio iniusta, qua aufertur quod est alterius, & est vna ex radicibus ad restitutionem

obligan-

obligantibus; & creditores bonorum, vel scripturarum impediuntur à consecutione rei, quæ iustè, & iuridicè eis debetur. Vide hunc librum in Verbo Mercatores.

Offendens Ministros Sancti Officij, & officiales, meretur pœnam mortis, per Bullam Pij V. si de Protegendis. Quia præsumitur, deliquisse in odium Sancti Officij. Poterit tamen probare, (sed per claras probationes) in odium priuatæ personæ deliquisse. Simanca de catholicis institut. tit. 41. num. 41. Ioannes Royas de hæreticis par. 2. n. 419. Vmbertus Locatus prax. Iudiciar. Inquisitor. quæst. 23. Farinacius quæst. 182. n. 79. 80. Inquisitores enim possunt in officio nõnunquam excedere, & ideo excessus ipsi probari debent clarè, iuridicè, & ex sui natura debent esse graues, ita vt mouere potuerint Rei animum ad tantum delictum; & fiscus habere debet intentionem bene fundatam, quod delictum fuerit patratum in odium Sancti Officij, pręcipuè si hoc accideret in actu ipso, quo officialis munus suum exequeretur; quælibet enim causa, etiam bestialis excusat à pœna mortis. Farinacius quęst. 116. §. 4. & quæst. 117. num. 34. 50. 51. 52. 53. & quæst. 17. num. 41. & quæst. 118. Videndi sunt Doctores, vbi de crimine læsæ maiestatis humanæ &c.

Officialis in officio delinquens, priuandus est officio. Riccius decis. 292. par. 2.

Officialem se fingens quomodo sit puniendus. Farinacius tomo 1. cons. 74. Simanca in Enchiridion tit. 67. Nauar. cons. 1. de officio Vicarij, & cõs. 32. de sent. excom. & in Man. cap. 27. num. 69. Menochius de arbitr. Iudic. cas. 318. 320. Riccius collect. 1626. D. Thomas 2. 2. quæst. 60. art. 6. Farin.

quæst.

quæſt.27.num.9.vſq.ad 36.& quæſt.114.inſpect.1. Clarus §.fin. quæſt. 68.

Officijs priuari poſſunt Monachi à ſuis ſuperioribus Abbatibus, ad nutum, etiam ſine cauſa iuſta. Nauar.conſ.70. de Simonia num. 3.

Officium poteſt inſtitui ad mutuandum pauperibus, ſalario miniſtris de publico conſtituto, vel alio paruo à mutuatarijs eiſdem ſoluendo. Nauar. conſ. 17. de Vſuris num. 5.

Officia, & dignitates procurare per perſonas extra Religionem exiſtentes, interdictum eſt Regularibus omnibus, ob decreta, & Bullas Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII. & Pauli V. ſub cenſuris, & pœnis reſpectiuè. Rodriquez quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 56. art. 2.

Officij, ſeu beneficij priuatio ipſo iure, requirit ſemper ſententiam declaratoriam facti. Vide hunc librum, Verbo Pœna.

Officium diuinum vnius diei mutans, vel ſcienter, vel per errorem, ſiue ex toto, ſiue ex parte; vt puta ſi dicendum ſit officium vnius Sancti, & recitetur officium totum de feria, vel partem illius; hic non tenetur repetere officium de Sancto. Ratio eſt, quia de ſubſtantia legis eſt recitatio officij; quod autem tale, aut tale eſſe debeat, id non ſpectat ad ſubſtantiam legis. Silueſt. Hora. quæſt. 9. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 11. num. 6. & cap. 23. num. 11. & cap. 24. num. 3. 4. 5. oppoſitum innuere videtur. Azorius inſtit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 10. quæſt. 2. & Leſſius de Iuſt. & Iure lib. 2. cap. 37. dub. 12.

Officium recitari debet iuxta morem illius Eccleſiæ, in qua habetur beneficium; ſi tamen ibi ſit

domi-

domicilium: quod si alibi contractum fuerit domicilium, recitabitur iuxta morem illius regionis, si libuerit. Quod si quis plura quis habuerit beneficia, recitabit iuxta morem dignioris, & maioris Ecclesiæ. Suarez tom. 2. de Relig. de horis canonicis cap. 23. num. 3. 5. 6. 7. Prax: Archiepis. Neapolitana cap. 80.

Officium recitare tenetur habens beneficium tenue, vel exiguam pensionem, etiamsi sit excommunicatus, vel suspensus. Riccius prax: aureæ resolut. 406.

Onus impositum conductori, quod non est de natura conductionis, minuit pretium pensionis. Nauar. Man. cap. 17. n. 260. & cap. 23. n. 78. & cons. 19. & 24. de Vsuris.

Onera in fundatione beneficij statuta seruari debent. Intelligitur nisi fuerint legitime sublata per compositionem, vel per Episcopi auctoritatem, vel per legitimam prescriptionem: & ita intelligitur Concilium sess. 23. cap. 5. de Refor. Nauar. cons. 1. de prescript.

Opinio communis non est tenenda, quando contraria nititur fortiori textu, vel ratione. Nauar. cons. 17. de priuilegijs num. 8.

Opinionem vnius doctoris, si tamen sit probabilis, & firmata bonis rationibus, sequi possumus in foro conscientiæ, etiamsi alij oppositum sentiant. Nauar. cons. 8. & 10. de pœnit. & remiss. Azorius institut. moral. par. 1. & in principio, vbi agit de opinionibus eligendis. Salon. de contractib. tom. 1. quæst. 63. art. 2. controu. 2. conclus. 4.

Opinionem sequens alicuius Doctoris, quæ postmodum apparet falsa, non peccat. Megala institut.

Confes.

Confeſ. lib. *6*. cap. 5. num. 10.

Orationes, & lachrimæ ſunt arma Clericorum. cap. Porrò 16. quæſt. 4. & cap. conuenientior 23. quæſt. 8. cap. vt famę, de ſent. excommunitat. Decianus conſ. 151.

Oratoria Regulares erigere non poſſunt, inconſulto loci ordinario. Rodriquez. quæſt. regular. tom. 1. quęſt. 43. art. 5. & tom. 2. quæſt. 75. art. 1. Riccius prax. aureæ reſolut. 11.

Oratorium priuatum, & domeſticum, in quo celebratur Miſſa ex diſpenſatione Apoſtolica, habet quandoq; conditionem hanc annexam, vt qui non ſunt illius priuilegiati familiares, præcepto non ſatisfaciant audiendi Miſſam diebus feſtis, illam ibidem audiendo. Stephanus Quaranta in Summa bullarij, Verbo Miſſa.

Ordinarij locorum non poſſunt ſibi reſeruare caſus, & cenſuras à iure communi latas, nulli reſeruatas. Paulus Comitolus reſponſ. moral. lib. *6*. quæſt. 12. Decretum Sacræ Congregationis de mandato Clementis VIII. factum. 24. Nouembris 1602. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij, Verbo caſus reſeruati.

Ordinarius Regularium eſt eorum Prȩlatus, & ſuperior. Nauar. conſ. 21. de temp. ordinat.

Ordinarij locorum quod, & quale ius habeant in Regulares. Rodriquez quæſt. regular. tom. 2. qu. 63. Riccius deciſ. 624.

Ordinarij locorum excommunicare non poſſunt Regulares exemptos. Sanchez tom. 2. de Matrimonio lib. 7. diſp. 33. num. 21. 22. 23. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij, Verbo Monaſteria Monialium, & Verbo præcedentia in additione, Limita,

niſi

nisi tanquam Sedis Apostolicæ delegati procedant. Possunt tamen declarare Regulares excommunicatos à iure. Clementina. Religiosi, de Priuilegijs.

Ordinarij iure antiquo, prout nunc etiam, poterant Missarum reductionem extra Synodum facere. Nauar. in Man. cap. 25. num. 138.

Ordinarij censuris prouincialibus, aut synodalibus ligare non possunt Regulares, tanquam exemptos, ratione delicti, & Rei. cap. vt animarum periculo, de constitut. in 6. & cap. à Nobis 1. de sent. excom. cap. Sicut Nobis, de supplen. neglig. Prælat. & cap. Frater noster 16. quæst. 1. Suarez de legibus lib. 3. cap. 32. & lib. 4. cap. 19. num. 5. Sorbo compend. priuileg. mendic. Verbo ingredi Monasteria Monialium.

Ordinarius si suo statuto excommunicet facientes tale quid, non reseruando sibi censuram, quamuis statutum confirmetur à Papa, nihilominus poterit ab illa ordinarius absoluere; quia Papæ confirmatio non tollit Episcopis ordinariam potestatem. Sayrus de Censuris lib. 2. cap. 19. num. 3.

Ordinarius prohibere potest Regularibus, ne Sacerdotes exteros celebrare permittant in suis Ecclesijs, nisi literas commendatitias ab ipso Ordinario recognitas ostendant. Sacra Concilij Congregatio. Item in responsione ad multa dubia à Curatis Bononiensibus Sacræ Congregationi facta, anno 1620. prout in folio impresso Bononiæ, quod ego vidi.

Ordinarij locorum gaudent priuilegijs concessis per Sanctam Sedem Inquisitoribus Delegatis, cum iure diuino sint & ipsi Inquisitores. Pegna com. 35. fol. 123. 3. par. Director. Inquisit., & ex Regula 3. & 10.

& 10.§.2.Indicis librorum vetitorum,possunt concedere viris pijs, & doctis facultatem retinendi versiones librorum veteris testamenti, & libros vetitos expurgatione indigentes, non autem libros de fide,aut de Religione tractantes, vel hæreses continentes, prout nec possunt Inquisitores Delegati; quoniam censura lata contra retinentes, aut legentes tales libros reseruatur Papæ in bulla Cęnę. Sanchez in Decalogum lib.2.cap.10.num. 43. Farinac. de hæresi quæst.180.num.36.37. & regula 2. Indicis librorum vetitorum. Pegna comment.3.2.par. Director.Inquisit.Reginaldus tom. 1.prax. fori pęnit.lib.9.sect.3.dub.5.num.255.Nauar.cons.1. de Constitut.quæst.35. 36. Hodie tamen cessat ista facultas,ob Decretum Gregorij XV. 30. Decembris 1623.

Ordinarij locorum suspendere non possunt Regulares ab audiēdis Confessionibus, liberè ab ipsis approbatos, nisi ex noua causa, eaq; ad Confessiones ipsas pertinente; neq; suspendere possunt Confessarios omnes vnius conuentus simul,inconsulta Episcoporum, & Regularium Sacra Congregatione. Romæ 20. Nouembris 1615.

Ordinarij Italiæ conferre non possunt primam tonsuram,vel ordines minores,& maiores Hispanis, Lusitanis,Gallis,Germanis,vltramontanis,& extra Italiam oriundis, nisi habeant suorum ordinariorũ literas dimissoriales, recognitas à Nuntijs, vel Collectoribus illarum Regionum,probatas,& subscriptas; aliàs promoti,suspensioni perpetuæ subijciuntur eo ipso, absq; spe dispensationis obtinendæ; Promouentes suspenduntur ab exercitio Pontificalium per annum. Itali vero ab alieno Episcopo cum fal-

sis

sis dimissorijs caractere Clericali insigniti, vel ad ordines minores promoti, priuantur priuilegio fori, secuta tamen prius desuper iudicis Ecclesiastici declaratione. Ex Constitutione Vrbani VIII. Romę 11. Decembris 1624.

Ordinatus per saltum non est Irregularis, sed suspensus, Nauar. conſ. 35. de temp. ordinat.

Ordinem Sacrum, quem non habent, exercentes quomodo tractandi sint. Farinacius quæst. 156. n. 85. Vide hunc librum, Verbo Sacerdotis officium, Et Diaconum se fingens.

Ordinem Sacrum assumens ante legitimam ætatem priuari potest beneficijs. Riccius prax. aureæ resolut. 195. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 27. Stephanus Quarāta in summa Bullarij, Verbo Ordo. Nauar. conſ. 4. de Cleric. excommunicato.

Ordines Sacros nullus assumere debet ex Concilio Trident. sess. 23, cap. 12. ante 22. 24. & 25. annos, Sufficit tamen, quod anni fuerint cępti. Nauar. in Man. cap. 25. n. 116. Barbosa in remissionibus Concilij sess. 23. cap. 12. de Refor. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Ordo 22. Bonacina de contract. disp. 8. qu. vnica, puncto 5. propos. 2. n. 12. Candelab. aureum Viualdi, de Sacram. ordinis, De ætate cap. 3. Rodriquez in summa par. 1. cap. 165. n. 1. Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo Ordo in additione. Reginaldus prax. fori pœnit. tom. 1. lib. 30. tract. 3. cap. 12. num. 166.

Ordinatus sine titulo patrimonij, vel beneficij, si pactum non fecit cum ordinante, nec mendacijs, vel fallacijs vsus est, vt ordinaretur, non est suspensus ab executione ordinum, nec est irregularis. Nauar.

nar.in Man.cap.27.n.158.Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo Ordo. Bonac. de Sacram. disp.8.quæst.vnica,pun.5.num.24. Sanctarellus variar.resolut. quæst. 49. num. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 23. 35.

Ordines Sacros assumere possunt Nouitij. Vide hunc librum, Verbo Nouitij.

Ordo Ecclesiasticus post delictum assumptus, quando liberet assumentē à Iurisdictione Iudicis secularis. Plaza in epitome delictorum cap. 35. Vide hunc librum, Verbo Clericatus assumptus, & habitum.

Ornatus mulierum an sit mortalis, & quomodo Confessarius cum illis se gerere debeat. Emman.Sà Aphoris.Confess. Verbo ornatus. Vide Verbo tactus, & visus.

P

PActum de retrouendendo minuit pretium rei emptę: si pactum liberum sit,& perpetuũ,potest tolli quarta pars,vel ad summum tertia. Si vero pactum redimendi sit temporale,videlicet 3.4. aut 5. annorum,tunc minus de pretio potest minui. Soccinus cons.15.lib.1.Panormitanus, cap.in aliquibus, de Decimis num.2.Ratio est,quia pretium rerum, & Iurium augetur,& minuitur, quatenus plus, aut minus hominum vtilitati deseruiunt. D. Thomas opusc. 73. de vsuris,cap.9.Gabriel Biel.4.sent.dist. 15.quæst.12.

Pactum,quod creditor,ob moram debitoris,possit accipere pecunias ad cambium, & recambium, quando teneat. Farinac.Rotæ Rom.decis.211.

Pactio omnis,& conuentio in spiritualibus videtur Simoniaca. cap.Quam pio 1. quæst. 2. & cap. fin. de Pactis.

Pactum cum Dæmone initum quid sit. Cardinalis Tolet.in Inst.Sac.lib. 4. cap.14.num. 11. Sanchez in Decalogum p.1.cap.40.num.3.lib.2.Mart. Rius. disquisit. magic. lib.2.quæst.4.

Pactum, quod onera spectent ad venditorem, & non ad emptorem,vsurarum præsumptionem inducit. Farinacius decis. Rom.19.

Pacta cum Regularibus inita, an, & quando obligent. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 12.

Pagas acerbas emere minori pretio, quam valeant, non licet, quando credita sunt certa,nec ad exigendum periculosa. Salonius de contract. tom. 2.quçst.78.art.2.controu.17.Nauar.conf.11.& 18. de vsuris.

Papæ beneplacitum non excusat à Simonia, nisi postquam fuerit præstitum,& obtentum; quia positum sub conditione nihil operatur,ante illius euentum. Nauar.conf.6. de Simonia.

Papa confirmando decreta,& statuta ab inferioribus facta, si dicat; de plenitudine potestatis, & ex nostra scientia;tunc dicitur esse noua concessio, ita vt factores talium decretorum non possint illa mutare; quia tanti sunt roboris,ac si fuissent facta ab eodem Papa. Si vero confirmatione communi, & sine illis verbis ea confirmet, tunc iusta de causa poterunt vel dispensari, vel mutari ab ijs,à quibus fuerunt statuta. Rodriquez quæst.regular.tom.1. quçst.17.Vide Verbo Statuta per sanctam.

Papa potestatem non habet tollendi scandalum.

cap.

cap.cum teneamur,de præbendis. cap. Si quando. de rescriptis. Nauar.de pœnit.dist.6.cap.1.§.quibus, num. 9.

Papa, siue Princeps, cum in rescripto vtitur ijs verbis,de plenitudine potestatis,siue ex certa scientia,vult dicere,quod nullus ei dicere potest, cur ita facis? nihil potest ei opponi,cum sit supra ius, contra ius,& extra ius. Antonius Petra,de potestate Principis. cap. 3. num. 3.

Papa non præsumitur respondere frustratoriè. cap.commissa §.fin.de electione in 6.

Papa,qui est supra ius positiuum. cap.Proposuit de concessione præbendæ, quando vult prædecessoris sui constitutionem reuocare, non reuocat sine causa. cap.Non debet, de Consanguin.& affin. cap.Nihil,de Auctoritate, & vsu pallij.

Parentum percussores incurrunt in casum Mediolani reseruatum,quando actus exterior sit opere completus. Panormit. cap. cum in cunctis, de electione. Minantes tantum, vestem arripientes, conatum facientes, ignorantes, vim vi cum moderamine repellentes, furiosi,turbam arcentes, & Patrē hac occasione in terram proijcientes, non incurrunt. Graffius cas. reseruat. lib.2.cap.40.

Parochus excommunicatus, & irregularis, pro tali declaratus, potest interesse celebrationi Matrimonij, & facultatem alteri delegare potest; quia hic non est actus ordinis,vel iurisdictionis: sed in hoc casu se habet tamquam testis in dignitate constitutus, & à Concilio Tridentino requisitus. Sanchez de matrim.tom.1.lib.3.disp.21.

Parochus,cuius culpa Parochianus sine confessione moritur,puniendus est pœna arbitraria,iuxta

quantitatem culpæ. Nauar.cons.3. de pœnis.

Parochus ijs diebus, quibus celebrare tenetur pro ouibus, non potest aliud stipendium recipere; ob Missam pro alijs dicendam, nisi beneficium esset adeo tenue, vt non posset se ipsum sustentare. Idem dicas de Capellano &c. Rodriquez in summa cap. 251. conclus.11.

Parochus potest confessionem audire alieni Parochiani, de licentia tamen expressa, aut tacita Parochi, cui ille est subditus. Nauar. cons. 27.& 30. num.3.& 4.de sponsalibus; & cons.19.de pœnit. & remiss.& in Man.cap.25. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 3. disp. 24. Siluester. Confessor 1. Cardinalis Tolet. in Instruct. Sacer. lib. 3. cap. 13. num. 11. Azorius instit.moral.par.2.lib.3.cap.12. quæst. 10. Reginaldus prax.fori pœnit.tom.1.lib.1. num. 49. 50.51.52. limita id licere vbi non obstet Decretum Episcopi, prout in Diœcesi Mediolanensi.

Parochi debent esse faciles ad facultatem concedendam, vt sui Parochiani confiteantur, cui maluerint. Nauar. de pœnit. dist. 6.cap.1. num.99.

Parochiani, & Parochi ipsi habitantes in confinio duarum diœcesum, possunt promiscuè confiteri. Beia respons.cas. Bononiæ par. 1.casu 16. Azorius instit.moral.par.1.lib.5.cap. 19. vers. nulla consuetudine.

Partes, & earum Procuratores, procurantes trahere, & de facto trahentes Ecclesiasticas personas ad tribunalia sæcularia in causis beneficialibus, spiritualibus, vel ipsis annexis, siue decimarum, incidunt in censuras 14. aut 15. Bullæ cœnę; & in censuram latam in cap. Quoniam, de immunit. in 6. Sayrus de censuris lib. 3. cap. 19. num. 2. 7. & alij

super

super casu 15. Bullæ Cænæ.

Pascere pecora in pratis,& montibus alienis peccatum est mortale,cum obligatione restituẽdi. Oppositum docet Nauar. com. de lege pœnali, num. 30. vsq; ad 41.

Pater mendacijs contra fiscum defendens legitimam filij, tenentur illam restituere post condemnationem. Nauar. conf. 3. de iniurijs, & damno dato. Potest tamen pater super legitima sibi retinere,quæ filius sibi furatus est ad luxus,& alia illicita. Ibidem.

Patri naturali, & legitimo debetur reuerentia ob ętatem,dignitatem,& Magisterium. Archidiaconus cap. fin. 22. quæst. 2.

Patientia tolerantur multa, quę si ad forum contentiosum deducerentur, non tolerarentur. cap. cum incidendum, de Præbendis. Riccius prax. aureæ resolut. 263.

Pauperum nomine intelliguntur etiam Hospitalia. cap. si quis 1. quæst. 1. Nauar. conf. vnico, de religiosis domibus. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Xenodochium 4. Nauar. in Man. cap. 17. num. 93. & conf. 12. de celebratione Missarum. Et de Reditibus Ecclesiasticis quæst. 1. num. 7. Azorius instit. moral. par. 3. lib. 4. cap. 26. Cardinalis Tolet. in Instruct. Sac. lib. 5. cap. 23. num. 5. Menochius de arbitr. iudic. casu 65. Clementina, Quia contingit, de religiosis domibus. Tex. in l. si quis ad declinandum. §. vbi autem C. de Epis. Ecclesiarum; vbi legitur: Si hæredes instituantur pauperes Ciuitatis, hæreditas distribuitur in Hospitali, quia nemo est pauperior hominibus hospitalis. Si verò Hospitale hæres instituatur, & successu temporis destrua-

tur, tunc pauperes Ciuitatis in vniuersum succedunt. Baldus in l. extraneum num. 11. C. de hæredibus instituendis. Et Glossa in Clement. Quia contingit, de religiosis domibus, docet Episcopos non posse reditus ad locum pauperum deputatos, (& de hospitali loquitur) ad alium locũ deputare.

Pauper mendicans causa otiositatis, vel cupiditatis, etiamsi sit validus corpore, non peccat mortaliter, donec manet intra latitudinem paupertatis. Nauar. in cap. Fraternitas, de lege pœnali.

Pauperes in testamento instituti, ij intelliguntur, qui sunt Ciuitatis, aut domicilij, vbi conditum fuit testamentum. Couar. in cap. cum tibi, num. 14. de testam.

Pacem offensus per instrumentum non tenetur facere, sed sufficit, quod ignoscat, & contra offensorem non agat. Sacra Episcoporum Congregatio 26. Aprilis 1594. Episcopo Terami. Item 8. Iunij 1599. Archiepiscopo Regij.

Pacem offensus non tenetur dare, nec ideo priuari potest Sacramentis; sufficit enim, quod odium deponat, paratus ad amandum offensorem, & in casu necessitatis ad illi subueniendum, quamuis cessante iusto scandalo, tunc pacem dare nolit. Sacra Episcoporum Congregatio 10. Aprilis 1584. Episcopo Forliuiensi. Beia respons. cas. Bononiæ par. 1. cas. 10. Grilenzonius cons. 128. Nauar. cons. 5. de pœnit. & remiss.

Peccata in papyro scripta, ad effectum confitendi illa, debent celari ab inueniente papyrum; quasi sigillo confessionis. Sanchez in Decalogum par. 2. lib. 4. cap. 18. num. 57.

Peccatum Adami, & Euæ fuit inobedientiæ à superbia

perbia causatum. Ecclesiast. 10. initium peccati superbia. Comederunt pomum vetitum, & hac ratione diuinam similitudinem appetiuerunt, non æquiparantiæ, sed imitationis, quod est bonum spirituale supra mensuram suam; idest per virtutem propriæ naturæ voluerunt determinare, quod bonum, aut malum sibi esset agendum, volentes præcognoscere, quid boni, aut mali sibi esset futurum. D. Thomas 2.2.quæst.163.art.2.in corpore.

Peccantes cum confidentia indulgentiæ Iubilæi, vel absolutionis poterunt absolui, nisi id expresse prohibeatur in Bulla. Rodriquez quæst. regular. tomo 1. quæst. 20.art.16. Nauar.consf.10.de Priuilegijs.

Peccatum fratris deferri potest statim Prælato sine culpa. D.Thomas quolibeto 11.q.10.art.13.

Pecunias deponere apud montes, & recipere quatuor pro centum, licet, seruata Bulla Iulij III. Nauar. consf.17.de vsuris.

Pecunia de se non est lucrosa. distin. 88. cap. eijciens.

Pecunia præsens pluris valet, quam absens. Nauar.consf.11. & 18. de Vsuris.

Pecuniæ incrementum recipientes ex tempore, an contrahant obligationem aliquam. Salonius de cambijs q.4.art.2.controu.4. Vide hunc librum, Verbo solutio. Nauar.consf.12.de Vsuris.

Pecuniæ, incrementum, siue decrementum recipientes, sunt restituendæ iuxta valorem currentem tempore mutui, cambij, venditionis, & contractus initi. Nauar.de cambijs num.49.50. Salonius de cambijs quæst.4.art.2.controu.4. Ioannes Salas de censibus dub.24.Siluester, vsura 1. quæst. 14. Do-

minicus Sotus de Iust.& Iure lib.6.quæst.12. art.5. conclus.2. Nauar.in Man.cap.17.& cons.12.de vsuris. Purpuratus cons.522. Grilenzonius cons.89. cap.cum olim,& cap.cum Canonicis, de censibus. cap.fin.de Vsuris. cap.quanto,de Iureiurando. Comitolus respons.moral. lib.3. quæst. 44. Quod verum esse dicitur,si pecunias exbursans volebat illas in Arca seruare; sed rogatus mutuauit, vel alium contractum iniuit, & ideo tuta conscientia potest pecunias exbursatas exigere, & retinere in eadem specie, vel cum incremento, quod fecerunt. Doctores præcitati.

Pecunia depositari potest apud Ecclesiam,cuius pars cedat deponenti,post emptos reditus. Nauar. cons.5. de deposito.

Pecuniæ si dentur restituendæ cum pacto, vt restituantur iuxta valorem currentem tempore restitutionis,siue crescant,siue decrescant; pactum erit licitum, & iustum, si tempore contractus æquè dubium erat decrementum, & incrementum: Ratio est,quia contrahentes æquali periculo damni,& lucri se exponunt. Ancaranus cap.Vsurarum,de Vsuris in 6. Calderinus cap.fin.tit.eodem. Emmanuel Rodriquez in summa par.2.cap.107. conclus. 9.

Pecuniæ statim, & eo ipso receptæ, si incrementum suscipiant, & receptor illarum statim illas expendat pro eodem pretio, & cum illo incremento; in hoc casu easdem restituere tenebitur cum eodem valore,& incremento,quo illas expendit; perinde enim est,ac si illas ipsas recepisset cum eodem incremento. Doctores præcitati. Nauar.cons.12. de Vsuris,& 3. de solutionibus.

Pensio inexacta cui debeatur.Grilenzon. cons.3.

Pensiones

Pensiones decursas tenetur soluere successor in beneficio; quando tamen Pensionarius fecit suas diligentias contra Prædecessorem. Riccius collect. 1652.

Pensio non est profana, nec est beneficium propriè Ecclesiasticum, sed est annexa spiritualitati, ita vt nec pecunia, nec pretio transferri possit, aut redimi, sine Papæ auctoritate; id enim Simoniacum esset. Riccius collect. 1653. Nauar. cons. 6. de Simonia, num. 3.

Pensio non habet rationem veri alimenti, & de stylo curiæ soluenda non est præmorienti ante præfixum diem à Papa. Nauar. de reditibus Ecclesiast. quæst. 2. monitorio 16.

Percutiens Clericum, non ex deliberatione, sed fortuitò, volendo percutere laicum, non incurrit excommunicationem, quia requiritur peccatum, & dolus. cap. Nullus 11. quæst. 3. cap. Si vero 1. & cap. Veniens, de sent. excom. iunctis glossis, & Innocentio. Nauar. cons. 38. de sent. excom. Rodriquez in summa cap. 80. concl. 11. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 27. num. 4. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Excommunicatio, num. 2. §. quædam aliȩ excommunicationes Papæ reseruatæ.

Percutiens iniustè clericum, quem iustè putabat esse laicum, peccat mortaliter, sed non incurrit in excommunicationem, ob ignorantiam. cap. si vero, de sent. excom.

Percussio Clericorum quando sit leuis, vel grauis. Nauar. cons. 39. de sent. excom. & in Man. cap. 27. num. 91. 92. Siluest. Absolutio 4. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 28. Auila de Censuris par. 2. cap. 7. disp. 5. dub. 6. concl. 3. & disp. 3. dub. 12. Reginal-

dus tomo 1. lib. 1. num. 239. prax. fori pœnit. Riccius collect. 824. & par. 3. fori Ecclesiastici resolut. 568. & decis. 250. 2. par. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Excommunicatio §. Quædam aliæ excommunicationes num. 2. 4. Coriolanus cas. reseruat. par. 2. casu 10. §. tertius terminus declarandus. Riccius decis. 250. par. 2. Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. n. 88. Quaranta in summa Bullarij, Verbo casus reseruati.

Personæ gaudentes priuilegijs Regularium. Passarellus in not. priuileg. mendic. cap. 11.

Pocula amatoria an hæresim sapiant. Riccius decis. 672. Pegna par. 2. cap. 68. num. 11.

Pœna conscientiam non ligat, antequam infligatur. Glos. cap. Fraternitas 12. quæst. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 4. Nauar. cons. 34. de Simonia n. 3.

Pœnam à lege statutam Iudex seruare tenetur. cap. Disciplina. cap. Namq; & cap. vera iustitia. cap. licet, dist. 45. Nec potest illam minuere. Farinacius quæst. 17. num. 5. & 7. cap. de causis, de officio delegati. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quęst. 6. art. 7.

Pœna celebrantis in ordine, quem non habet. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 28.

Pœna conuentionalis, quid sit. Farinac. decis. Rom. 151.

Pœna talionis de iure Canonico seruari debet. Rota decis. 5. de Accusationibus in antiquis.

Pœna legis est ex tempore legis. 32. quæst. 4. cap. dixit Sara.

Pœna temporalis à Prælato imposita pro aliquo actu, videtur excludere pœnam spiritualem. Nauar. in Man. cap. 23. num. 61.

Pœna

Pœna ipſo iure,& ipſo facto impoſita,ſemper requirit declaratoriam ſententiam facti, per quam declaretur,tale factum fuiſſe ab N. commiſſum, & per illud talem pęnã ab ipſo fuiſſe contractam. Silueſt. Aſſaſſini quæſt.5.Simanca de cathol.inſtit. tit. 9.Suarez de legibus lib.5.cap.8.Riccius prax. aureę reſolut. 245. Nauar.conſ.34.de prębend.

Pœna non eſt alicui pro dicto,vel facto imponenda, niſi id expreſſe fuerit in iure cautum. Menochius conſ. 1248.Nec in foro conſcientiæ debetur, donec fuerit impoſita. Nauar.conſ.63.de præbend. & conſ.8. de teſtam.

Pœnę pecuniariæ locis pijs ſunt aſſignandæ.Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap.3.de Reform.Si vero Epiſcopus euidenter indigeret, & pauper eſſet, poſſet illas in proprium vſum conuertere. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij, Verbo Pœnæ pecuniariæ.

Pœnarum nomine, à quibus Regulares abſolui poſſunt virtute ſuorum priuilegiorum, non intelliguntur irregularitates,aut pœnę pecuniariæ;ſed intelliguntur pœnę,quę à Cõfeſſario,vel à Canonibus pœnitẽtialibus imponũtur,vel ab ipſo pœnitẽte ſpõtè ſubeuntur. Nau.in Man.cap.27.n.191.194.254.

Pœna à Prælato Ordinario alicui impoſita non poteſt contra illius voluntatem à ſuperiore tolli, ne contemnatur à ſuis ſubditis, quod eſſet maximum totius Religionis damnum: ſi ergo Prouincialis aliquem ſuſpenderet ab ordinum executione, hic non poterit per P. Generalem reſtitui, contradicente Prouinciali. Concil. Tridentinum ſeſſ. 14. cap.1.de Reformat.Rodriquez quæſt.regular.tom. 1.quæſt. 22.art.8.Limita, niſi Generali conſtaret,

Prouin-

Prouincialem indebitè illum suspendisse, vel nisi in ipsa sententia Prouincialis dixisset, reseruato arbitrio P. Generalis.

Pœna legis humanæ imposita contra facientem aliquid, non habet locum, nisi perficiatur id, pro quo fuit imposita. cap. cum in cunctis, de electione.

Pœnæ non sunt extendendæ de vno casu ad aliũ, sed restringendę: ex identitate rationis tamen sunt ampliandæ, vbi agitur de periculo animæ. Abbas in cap. ex tenore, qui filij sint legitimi: & in cap. Translato, de Constit. & cap. 1. de Pactis. Glossa in cap. 1. de scrutinio in ordine faciendo. Bart. in auth. Sed cum testator C. Ad l. falcidiam. cap. Pœnę, de Pœnit. dist. 1.

Pœna delinquentibus in Sancto Officio minorari potest per Ordinarios, & Inquisitores, cũ Rei promptam ostendunt humilitatem. cap. vt Commissi, de hæreticis in 6. Hodie, ex Decreto Vrbis 1625. de mandato Vrbani VIII. id fieri non potest, nisi cumulatiuè, idest consentiente Episcopo, & Inquisit.

Pęnitentias per Sanctum Officium iniunctas non adimplentes, quomodo sint tractandi. Simanca cathol. instit. tit. 47. n. 77. Farinacius quæst. 193. num. 123. & 148.

Pęnitentia ab vno Confessario imposita tolli non potest, aut commutari ab alio directè, idest absolutè; indirectè tamen potest, idest perquisito statu vitę pęnitentis pręterito, & futuro; & attenta pęnitentia iam imposita: si enim apparebit, pęnitentiam fuisse iniunctam in medelã, curãdum est, vt adimpleat. Beia respons. casu. Bonōniæ par. 3. casu 1. Si vero fuerit iniuncta in vindictam peccatorum, pęnitens inducatur ad plenariam indulgentiam acquirendam.

Nauar.

Nauar.in Man.cap.26.num.22.& conf.21.de Pęnit. & remiss.& conf.6.de voto, & voti Redemptione. Rodriquez in summa cap.56.num.8.Comitolus respons.moral.lib.1.quæst.35.Megala institut.confes. lib.6.cap.5.num. 5. vsq; ad 10. Graffius decis. aurearum par.1.lib.1.cap.31.num.11.12.13.Coriolanus cas.reseruat.par.1.sect.2.art. 21. Beia respons. cas.Bononiæ par.1.cas.15.Emm. Sà satisfactio n. 5.

Pęnitentia publica imponi non potest pęnitenti à Confessario, nisi de pęnitentis consensu. Nauar.de Pęnit.dist.6.cap.1.num.89.& in Man.cap.13.num. 16.& conf. 13. de Pęnit.& Remis. & in Compend. operum, Verbo Pęnitentia in fine. Megala instit. Confes.lib.6.cap.4.num.7.Beia respons.cas. Bononiæ par. 3. casu 14. Rodriquez in summa tom. 1. cap.36.num.2.Zerola prax.Sacram.pęnit.cap. 1. & cap.25.quæst.32.Oppositum habetur cap.1.& cap. 7. de Pęnit. & Remis. Sed limita, pęnitentias publicas pro peccato publico esse vtiq; iniungendas, non à Confessario, sed à Iudice fori exterioris. Emm. Sà satisfactio num.8.& 12.

Pęnitentia à Confessario imposita, & in peccato mortali facta, non acceptatur à Deo, quia ab illius inimico,& hoste prouenit. D.Thomas, cum Caietano, Bonauentura, Ricardo, Durando, & Sententiarum Magistro. Oppositam sententiam sunt secuti Scotus, Parisienses, & Ticinenses, cum Nauar. nam sic diuina bonitas, & misericordia magis amplificatur, quia pęnitens, cum ad cor redierit, sortietur effectum charitate comparata, & fictione per eam fugata, quia opus est Sacramentale. Nauar.de Pęnit.dist.6.cap.1.num.48.Emm.Sà satisfactio 7.

Pęnitentes habitātes in cōfinijs duarum Diœcesum

sum possunt vtrobique peccata confiteri. Vide Parochiani.

Pęnitentiarij reseruatorum absolutionem alijs delegare nō possunt. Riccius decis. 621. Limita, nisi ex priuilegio Ordinarij habuerint facultatem subdelegandi.

Pęnitentiarij possunt de iure casus, & censuras particulares respectiuè reseruatas delegare Confessarijs inferioribus, nisi aliud obstet. Zerola prax. Sacram. pęnit. cap. 24. quæst. 17. Homobonus cas. reseruat. par. 1. cap. 5. Riccius prax. aureæ resolut. 179. & decis. 621. Coriolanus par. 1. sect. 2. art. 5. Limita, propositionem esse veram de Pęnitentiario Maiore Cathedralium, non autem de alijs Pęnitentiarijs minoribus, & ita seruatur in Metropolitana Mediolani, vbi ex Decreto Illustrissimi Archiepiscopi, Pęnitentiarius maior tantum habet subdelegandi facultatem. Aliquando tamen vni ex Pęnitentiarijs minoribus fuit concessa facultas, subdelegandi ab Illustrissimo Archiepiscopo.

Polluentes Ecclesiam, Mediolani incidunt in casum reseruatū, & parū refert, quod pollutio publica sit, vel secreta: publica enim Ecclesiam nō polluit à parte rei, quia est sancta. cap. vestra, de cohabitatione Cler. & Mulierum: sed polluit ad hominum opinionem tantum, ad quorum terrorem reconciliatur. Glossa in præcitato cap. vt videntes sic lauari Ecclesiam, quę non peccauit, cogitent intra se, quantum sit pro peccatorum ablutione elaborandum. Lactantius Finellus cas. reseruat. casu, Qui Ecclesiam polluerint q. 11. Graffius cas. reseruat. lib. 2. cap. 9. num. 36. 38. & 40. & casus reseruatio intelligitur de actu exteriori consummato, quod

etiam

etiam militat in ipsa pollutione secreta. Panormitanus. cap. cum in cunctis, de electione. Ad hoc autem, vt Ecclesia reconcilietur, publica debet esse pollutio. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Ecclesia 14. 19.

Possessorij, vltimus actus est attendendus. cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet. Vincentius Francus decis. 548. 4. par.

Possessor bonæ fidei, ex aliena re consumpta, locupletior fieri tunc dicitur, quando occasione illius rei sic consumptæ, patrimonium eius aliquo modò est auctum, quia sumptus aliquos non fecit, quos alioquin facturus erat ex suo patrimonio: siue aliquid lucri fecit occasione illius rei. Quod si hac ratione, & occasione illius rei bona fide cõsumptæ, lautius vixit, & splendidius, quam erat victurus, non dicitur ex illa re factus ditior, quia patrimonium eius non est auctum. Sanchez in Decalogum par. 1. cap. 23. num. 7.

Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus rei iniustè acceptos, si adhuc extent, & penes se illos habeat, siue factus sit locupletior, siue non. Caietanus in summa, Verbo Restitutio cap. 1. Reginaldus prax. fori pęnit. lib. 10. num. 38. tom. 1.

Possidens aliquam rem, iuris præsumptione, pręsumitur iure suo possidere, non autem iure alieno, vel alterius nomine. Menochius consf. 1248.

Potestas Prælatorum Regularium an ordinaria sit, vel delegata; & an in foro conscientiæ possint illam delegare. Passarellus in notand. priuileg. mendic. cap. 14. 15.

De Potestate concedentis rescriptum disputare non licet. 17. quæst. 2. §. qui autem. Secùs vero de illius

illius voluntate, & scientia. Glossa in cap. Præterea dist. 23.

Præcedentia inter Regulares debetur antiquioribus in illo loco. Sacra Episcoporum Congregatio 24. Maij 1583. Episcopo Cassani.

Præcedentia inter Moniales attendi debet penes professionem, non autem penes acceptationem. Sacra Episcoporum Congregatio 30. Octobris 1584. Episcopo Nolano.

Præcedentię lites quomodo sint dirimendę. Riccius prax. aureæ resolut. 101. 102. 103.

Præcedentiæ iura. Rota decis. 9. de Prębendis, & decis. 7. de concessione Præbendæ. Andreas Molfesius cons. 15. Riccius prax. fori Ecclesiast. decis. 578. 579. Grilenzonius cons. 50. & 121. Vincentius Francus decis. 48. par. 4. Nauar. cons. 4. de statu Monac.

Præcipio, seu præceptum aliquando sumitur large pro monitione, prout in regula Sancti Augustini: præcipimus in Monasterio constituti. Siluester, Religio 1. quæst. 11. Verbum, Sancimus, importat præceptum obligans ad mortale. Clementina 1. de celebrat. Missarum. Siluester, Hora quæst. 9.

Præceptum superioris contra inferiorem, & subditum, quando non valeat. Grilenzonius cons. 132.

Prædicare Regulares non possunt, absq; licentia suorum superiorum. Religiosus subd. & Prælat. quæst. 1. cap. 22.

Prædicatores Regulares in Ecclesijs suis pauperes commendare non possunt, absq; Ordinarij facultate; Monasterijs eorum exceptis: & compelli possunt ad obediendum. Sacra Episcoporum Congregatio 8. Maij 1602. Episcopo Sauonæ.

Prędium

Prædium infructiferum dicitur, quando actu, & habitu nullum affert fructum, non autem si per accidens, aut nullum, aut modicum affert pro aliquo tempore. Cum vero dicitur; Cessantibus fructibus cessat census, intelligitur quando fructus cessant per se, & radicaliter; quia emptio census est ius fundatum in fructibus existentibus, non actualiter, sed possibiliter. Beia resp. cas. Bononiæ par. 3. casu 31. & 33. cap. quid per nouale, de verborum signific. Nauar. cons. 9. de empt. & vendit.

Prælato obedire non tenentur Regulares in omnibus, sed solum in ijs, quorum contrarium non præcipit Deus, & iustitia eius, & in quibus potestatem habet præcipiendi secundum Regulam. D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. Nau. cons. 1. vt lite pendente.

Prælatus Regularis percutiens suum subditum absolui potest à Confessario sibi subdito; quia in materia fauorabili Monachi appellatione etiam Prælati intelliguntur. cap. fin. de verborum significat. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 28. num. 13. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 12.

Prælati Regulares possunt in foro exteriori dispensare cum suis subditis super Irregularitate contracta, excepta homicidij voluntarij. Rodriquez q. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 18. 20. & quæst. 24. art. 3. 13. 14.

Prælatum eligendo, possumus eligere bonum relicto meliore. D. Thomas quolib. 11. quæst. 10. art. 13.

Prælati Regulares non possunt dispensare in lege sui superioris, auferendo illius obligationem ab aliquo particulari subdito. Possunt tamen pœnam, per legis transgressionem iam contractam tollere; si

tamen pœna non sit reseruata: quia Prælati Ordinarij possunt ea omnia, in quibus non sunt specialiter prohibiti. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quæst. 22. art. 8. Bonacina de matrimonio quæst. 3. pun. 15. propos. 2.

Prælati Regulares absoluere possunt suos subditos, & fratres hospites vndecumq; aduenientes, ab omni censura excommunicationis, suspensionis, & interdicti, à iure, vel à Iudice generaliter lata: possunt etiam quoad forū exterius eosdem absoluere, parte satisfacta, etiam Iudice inconsulto, & super Irregularitatibus dispensare. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 1. 2. 4. 6. 7. & in summa par. 2. cap. 31. num. 3. & absoluere possunt à censuris extra forum Sacramentale; quamuis in concessione dicatur, quod in foro conscientiæ absoluant.

Prælatos Regulares absoluere posse suos subditos à casibus Bullæ cænæ, tenet Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 9. Ego tamen eius sententiam non amplector, quia licet ex priuilegijs Apostolicis absoluere possint suos subditos à casibus omnibus, quatuor tantum exceptis, ob quæ meritò ad sedem Apostolicam essent destinandi; videlicet hæretici relapsi, schismatici, litteras Apostolicas falsificantes, & prohibita ad infideles deferentes; nihilominus cum annis singulis renouetur Bulla cænæ, cum derogatione omnium priuilegiorum per Sāctam Sedem concessorum; ego existimo, relicto Rodriquez, Prælatos Regulares non posse sibi subditos absoluere à casibus Bullæ Cęnę. Adest etiam Decretum Sacræ Congregationis iussu Clementis VIII. editum contra Regulares ex vi suorum priuilegiorum prætendentes absoluere posse à

casibus reseruatis; Quamuis ad hoc responderi possit, decretum loqui de sæcularibus per Confessarios Regulares absoluendis, non autem de Regularibus à superioribus suis absoluendis. Clara sunt verba Decreti Sacræ Congregationis 1601. 9. Ianuarij.

Prælati Regulares ex vi priuilegiorum absoluere non possunt suos subditos à Simonia in ordine contracta, cum id per Sixti V. Bullam contra male promotos fuerit eis vetitum: à Simonia vero ratione beneficij, vt Prioratus, Prouincialatus &c. absoluere poterunt, dispensare, & habilitare. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 13.

Prælati Regulares, scilicèt Generalis, aut Prouincialis, absoluere possunt suos subditos à suspensione à diuinis, à Iure, vel ab homine generaliter promulgata, & à delicto occulto proueniente, in foro tamen conscientiæ. Possunt etiam in foro exteriori absoluere, quando pœna, nec est reseruata, nec perpetua. cap. ex litteris, de Constitut. Rodriquez quæst. regul. tomo 1. quæst. 20. art. 14. & in summa par. 2. cap. 31. num. 3.

Prælati Regulares dispensare non possunt super bigamia vera, & interpretatiua; sed tantum super bigamia similitudinaria, ita vt ascendere possint sui subditi ad ordines Sacros. Cum alijs vero dispensare possunt ad ordines minores tantũ. Requiritur autem, quod copula naturalis fuerit secuta, & seminauerint, vel saltem pudoris claustra penetrauerint. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quęst. 24. art. 2.

Prælati Regulares possunt dispensare cum suis subditis corpore vitiatis, si tamen membrum sua

culpa non sit abscissum; non tamen dispensare possunt cũ carente oculo canonis, quia reseruatur Papæ. Item dispensare possunt, vt propter infirmitatem subditus celebret velato capite. Rodriquez quæst. præcitata art. 3. 4. 5. Nauarr. cons. 4. de celebr. Missarum.

Prælati Regulares cum possunt acquirere Ecclesiæ, & non acquirunt, tenentur ad interesse. cap. Quicumq; de rebus Ecclesiæ non alienandis. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 27. art. 4.

Prælati Regulares subditos percutientes, & modum excedentes, si lethalis sit excessus, excommunicationem incurrunt. cap. si Clericos, de sent. excom. in 6. Molina tom. 4. disp. 56. num. 9. Sayrus de censuris lib. 3. cap. 27. casu 6. num. 11. vsq; ad 17. Coriolanus cas. reseruat. par. 2. casu 10.

Prælati Regularis actiones, vt noceant monasterio, requiritur, quod fiant conuocato Conuentus consilio. Glossa in cap. cum dilectus, de ordine cognitionum. Felinus cons. 38. Vide Verbo Regulares possunt, & Regularis percutiens.

Prælati Regulares excommunicationis sententiam sine scripto proferentes, sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ per mensem, quo tempore celebrantes fiunt irregulares: possunt tamen à Generalibus, vel à Prouincialibus super Irregularitate dispensari, pœnitentia competenti iniuncta. Generales vero, & Prouinciales à suis Confessarijs dispensari possunt, ex priuilegio Clementis IV. & Bonifacij VIII. Sorbo Capuccinus, & Confectius in compend. priuileg. mendic. Verbo dispensatio.

Prælati Regulares non possunt excommunicationem addere, & sibi reseruare, casibus in Decreto

Clementis

Clementis VIII. contentis: quia præcipitur ibi, Regulares Prælatos aliud non posse sibi reseruare, ne subditi maculas conscientiæ superiori detegere formidantes, in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem inducantur: & hæc ratio militat etiam in excommunicatione reseruata. Megala institut. confess. lib. 1. cap. 12. num. 8.

Prælati Regulares sunt Ordinarij cum suis subditis, sicut Episcopi cum laicis. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 3. num. 9.

Prælati Regulares obligare possunt Missas suorum subditorum quibus voluerint, subditis etiam inuitis. Rodriquez in summa cap. 251. num. 10. Siluester Missa. 1. quæst. 12. Religiosus subditus, & Prælatus tom. 1. cap. 6. §. vnico, Io: Baptista Confectius in Compend. priuileg. mend. in summ. materierum tit. 19. cap. 3. in fine. Vide hunc librum, Verbo Fratres, hoc est Regulares.

Prælato Regulari præcipienti suo subdito, vt ad carcerem vadat, causa non manifestata, an sit obediendum. Religiosus subditus, & Prælatus, de obedientia. cap. 13.

Prælato quomodo, & quando Regulares obedire teneantur. Religiosus subditus, & Prælatus q. 1. cap. 6. 7. 8. 12.

Præscriptio quantum valeat, & quo in casu suffragetur. Nauar. cons. 1. de Præscriptionibus.

Præsentatio spontanea purgat vitium fugæ. Intelligitur, quando statim ferè reuertitur, secus autem si post longum temporis interuallum. Menochius cons. 288. num. 28.

Præsentatio inquisiti spontanea coram vero Iudice, dicitur præuentio affectata, & procurata; præser-

culpa non sit abscissum; non tamen dispensare possunt cũ carente oculo canonis, quia reseruatur Papæ. Item dispensare possunt, vt propter infirmitatem subditus celebret velato capite. Rodriquez quæst. præcitata art. 3. 4. 5. Nauar. conf. 4. de celebr. Missarum.

Prælati Regulares cum possunt acquirere Ecclesiæ, & non acquirunt, tenentur ad interesse. cap. Quicumq; de rebus Ecclesiæ non alienandis. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 27. art. 4.

Prælati Regulares subditos percutientes, & modum excedentes, si lethalis sit excessus, excommunicationem incurrunt. cap. si Clericos, de sent. excom. in 6. Molina tom. 4. disp. 56. num. 9. Sayrus de censuris lib. 3. cap. 27. casu 6. num. 11. vsq; ad 17. Coriolanus caf. reseruat. par. 2. casu 10.

Prælati Regularis actiones, vt noceant monasterio, requiritur, quod fiant conuocato Conuentus consilio. Glossa in cap. cum dilectus, de ordine cognitionum. Felinus conf. 38. Vide Verbo Regulares possunt, & Regularis percutiens.

Prælati Regulares excommunicationis sententiam sine scripto proferentes, sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ per mensem, quo tempore celebrantes fiunt irregulares: possunt tamen à Generalibus, vel à Prouincialibus super Irregularitate dispensari, pœnitentia competenti iniuncta. Generales vero, & Prouinciales à suis Confessarijs dispensari possunt, ex priuilegio Clementis IV. & Bonifacij VIII. Sorbo Capuccinus, & Confectius in compend. priuileg. mendic. Verbo dispensatio.

Prelati Regulares non possunt excommunicationem addere, & sibi reseruare, casibus in Decreto

Clementis

Clementis VIII. contentis: quia præcipitur ibi, Regulares Prælatos aliud non posse sibi reseruare, ne subditi maculas conscientię superiori detegere formidantes, in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem inducantur: & hæc ratio militat etiam in excommunicatione reseruata. Megala institut. confess. lib. 1. cap. 12. num. 8.

Prælati Regulares sunt Ordinarij cum suis subditis, sicut Episcopi cum laicis. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 3. num. 9.

Prælati Regulares obligare possunt Missas suorum subditorum quibus voluerint, subditis etiam inuitis. Rodriquez in summa cap. 251. num. 10. Siluester Missa. 1. quæst. 12. Religiosus subditus, & Prælatus tom. 1. cap. 6. §. vnico, Io: Baptista Confectius in Compend. priuileg. mend. in summ. materierum tit. 19. cap. 3. in fine. Vide hunc librum, Verbo Fratres, hoc est Regulares.

Prælato Regulari præcipienti suo subdito, vt ad carcerem vadat, causa non manifestata, an sit obediendum. Religiosus subditus, & Prælatus, de obedientia. cap. 13.

Prælato quomodo, & quando Regulares obedire teneantur. Religiosus subditus, & Prælatus q. 1. cap. 6. 7. 8. 12.

Præscriptio quantum valeat, & quo in casu suffragetur. Nauar. cons. 1. de Præscriptionibus.

Præsentatio spontanea purgat vitium fugæ. Intelligitur, quando statim ferè reuertitur, secus autem si post longum temporis interuallum. Menochius cons. 288. num. 28.

Præsentatio inquisiti spontanea coram vero Iudice, dicitur preuentio affectata, & procurata; præsertim

tim post citationem à primo Iudice factam; id tamen nec absolute, nec semper est verum, sed arbitrio Iudicis remittitur. Farinacius quæst. 7. n. 64.

Præsumptiones non militant in foro conscientiæ. cap. humanæ aures 22. quæst. 5. & cap. Is qui, & cap. Tua, de sponsalibus.

Præsumpserit verbum, quid in Bullis Papæ innuat. Graffius par. 1. decis. aurearum. lib. 1. cap. 13. num. 94.

Præsumptiones innocentiæ, & non doli, nec delicti, veniunt in conflictu præsumptionum, & indiciorum. Farin. cons. 88. num. 19.

Præuentio realis per capturam præualet præuentioni verbali per citationem. Farinacius quæst. 7. num. 53. cum sequentibus, & quæst. 186. n. 81. vsq; ad finem. Franciscus Leo in Thesau. fori Ecclesiast. par. 3. cap. 6. num. 11. Baiardus ad Clarum quæst. 38. num. 82. Grilenzonius cons. 140.

Præuentio realis per capturam personæ, præfertur verbali præuentioni, & anteriori. Intelligitur tamen de verè capto, non de sponte comparente; hic enim alio in loco se constituere non potest, quam in eo vbi fuit citatus; quia tali in casu esset remittendus ad Iudicem, qui præuenerat verbaliter, ob præsumptionem, quod ad effugiendum acrius iudiciū, effugere voluerit Iudicem, qui citare cæpit, tanquā magis informatum. Farinacius quæst. 7. num. 53. 63. & quæst. 186. num. 87. Remigius Gonneus de immun. Ecclesiarum, Verbo citari verbaliter, in summ. quæst. 14.

Pretium fundi iustum de iure communi, est, quātum cumulus fructuum 20. annorum ascendit. Authent. de non alienan. §. Si vero alicuius, iuncta glossa.

sa. Item Glossa fin. in Autenth. Perpetua; & ibi Salic. q. pen. C. de Sacrosanctis Ecclesijs. Ludouicus Romanus cons. 423. Guido Papa cons. 180. col. 2.

Pretium rei diminuitur ob onus emptori impositum, prçter naturam emptionis. Nauar. cons. 19. & 24. de Vsuris.

Prior, aut Guardianus esse nullus potest, nisi completo 25. anno. Nec Generales super hoc dispensare possunt. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quçst. 23. art. 10.

Priori, vel posteriori testium dicto an sit credendum. Speciale est in crimine hçresis, vt posteriori dicto credatur. Pegna comment. 15. 2. par. Direct. Inquisit. & comment. 114. 3. par. Intelligitur tamen, vbi posterius dictum, verisimilius sit, & fauorabilius fisco, secus priori dicto erit standum; secundum autem dictum detrahit nonnihil priori dicto, quod relinquitur arbitrio Iudicis: & testis tanquam falsus puniri poterit. Clarus §. fin. quçst. 53. Menochius cons. 1255. num. 15. Farinac. quçst. 66. num. 157. vsq; ad 164.

Princeps laicus non potest prçcepto pçnali arrestare, seu sequestrare laicum sibi subditum, in loco exempto existentem, ne illinc recedere audeat, vel in termino sibi prçfixo, & statuto teneatur coram illo se prçsentare. Couarruuias par. 2. var. resolut. cap. 20. lib. 2. num. 13. 15. 17. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 22. Siluester, Immunitas 1. num. 3. & 2. num. 8. & 3. num. 2. cap. 1. de Immunitate Ecclesiarum, & cap. Decet tit. eodem in 6. cap. Definiuit 17. quçst. 4. Armilla exemptio 5. Ioannes Baptista Confectius Compend. priuileg. mendic. Poterit illum citare verbaliter. Remigius de immun. Eccles. Verbo ci-

minicus Sotus de Iust.& Iure lib.6.quæst.12. art.5. conclus.2.Nauar.in Man.cap.17.& cons.12.de vsuris. Purpuratus cons.522. Grilenzonius cons.89. cap.cum olim,& cap.cum Canonicis, de censibus. cap.fin.de Vsuris. cap.quanto,de Iureiurando.Comitolus respons.moral. lib.3. quæst. 44. Quod verum esse dicitur,si pecunias exbursans volebat illas in Arca seruare; sed rogatus mutuauit, vel alium contractum iniuit, & ideo tuta conscientia potest pecunias exbursatas exigere, & retinere in eadem specie, vel cum incremento, quod fecerunt. Doctores præcitati.

Pecunia depositari potest apud Ecclesiam,cuius pars cedat deponenti,post emptos reditus. Nauar. cons.5. de deposito.

Pecuniæ si dentur restituendæ cum pacto, vt restituantur iuxta valorem currentem tempore restitutionis,siue crescant,siue decrescant; pactum erit licitum, & iustum, si tempore contractus æquè dubium erat decrementum, & incrementum. Ratio est,quia contrahentes æquali periculo damni,& lucri se exponunt. Ancaranus cap.Vsurarum,de Vsuris in 6. Calderinus cap.fin.tit.eodem. Emmanuel Rodriquez in summa par.2.cap.107. conclus. 9.

Pecuniæ statim, & eo ipso receptæ, si incrementum suscipiant, & receptor illarum statim illas expendat pro eodem pretio, & cum illo incremento; in hoc casu easdem restituere tenebitur cum eodem valore,& incremento,quo illas expendit, perinde enim est,ac si illas ipsas recepisset cum eodem incremento. Doctores præcitati. Nauar.cons.12. de Vsuris,& 3. de solutionibus.

Pensio inexacta cui debeatur.Grilenzon. cons.3.

Pensiones

Pensiones decursas tenetur soluere successor in beneficio; quando tamen Pensionarius fecit suas diligentias contra Prædecessorem. Riccius collect. 1652.

Pensio non est profana, nec est beneficium propriè Ecclesiasticum, sed est annexa spiritualitati, ita vt nec pecunia, nec pretio transferri possit, aut redimi, sine Papæ auctoritate; id enim Simoniacum esset. Riccius collect. 1653. Nauar. consf. 6. de Simonia, num. 3.

Pensio non habet rationem veri alimenti, & de stylo curiæ soluenda non est præmorienti ante præfixum diem à Papa. Nauar. de reditibus Ecclesiast. quæst. 2. monitorio 16.

Percutiens Clericum, non ex deliberatione, sed fortuitò, volendo percutere laicum, non incurrit excommunicationem, quia requiritur peccatum, & dolus. cap. Nullus 11. quæst. 3. cap. Si vero 1. & cap. Veniens, de sent. excom. iunctis glossis, & Innocentio. Nauar. consf. 38. de sent. excom. Rodriquez in summa cap. 80. concl. 11. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 27. num. 4. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Excommunicatio, num. 2. §. quædam aliæ excommunicationes Papæ reseruatæ.

Percutiens iniustè clericum, quem iustè putabat esse laicum, peccat mortaliter, sed non incurrit in excommunicationem, ob ignorantiam. cap. si vero, de sent. excom.

Percussio Clericorum quando sit leuis, vel grauis. Nauar. consf. 39. de sent. excom. & in Man. cap. 27. num. 91. 92. Siluest. Absolutio 4. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 28. Auila de Censuris par. 2. cap. 7. disp. 5. dub. 6. concl. 3. & disp. 3. dub. 12. Reginal-

dus tomo 1. lib. 1. num. 239. prax. fori pœnit. Riccius collect. 824. & par. 3. fori Ecclesiastici resolut. 568. & decis. 250. 2. par. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Excommunicatio §. Quædam aliæ excommunicationes num. 2. 4. Coriolanus cas. reseruat. par. 2. casu 10. §. tertius terminus declarandus. Riccius decis. 250. par. 2. Suarez de censuris disp. 22. sect. 1. n. 88. Quaranta in summa Bullarij, Verbo casus reseruati.

Personæ gaudentes priuilegijs Regularium. Passarellus in not. priuileg. mendic. cap. 11.

Pocula amatoria an hæresim sapiant. Riccius decis. 672. Pegna par. 2. cap. 68. num. 11.

Pœna conscientiam non ligat, antequam infligatur. Glos. cap. Fraternitas 12. quæst. 2. D. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. 4. Nauar. cons. 34. de Simonia n. 3.

Pœnam à lege statutam Iudex seruare tenetur. cap. Disciplina. cap. Namq; &. cap. vera iustitia. cap. licet, dist. 45. Nec potest illam minuere. Farinacius quæst. 17. num. 5. & 7. cap. de causis, de officio delegati. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quęst. 6. art. 7.

Pœna celebrantis in ordine, quem non habet. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 28.

Pœna conuentionalis, quid sit. Farinac. decis. Rom. 151.

Pœna talionis de iure Canonico seruari debet. Rota decis. 5. de Accusationibus in antiquis.

Pœna legis est ex tempore legis. 32. quæst. 4. cap. dixit Sara.

Pœna temporalis à Prælato imposita pro aliquo actu, videtur excludere pœnam spiritualem. Nauar. in Man. cap. 23. num. 61.

Pœna

Pœna ipſo iure, & ipſo facto impoſita, ſemper requirit declaratoriam ſententiam facti, per quam declaretur, tale factum fuiſſe ab N. commiſſum, & per illud talem pœnã ab ipſo fuiſſe contractam. Silueſt. Aſſaſſini quæſt. 5. Simanca de cathol. inſtit. tit. 9. Suarez de legibus lib. 5. cap. 8. Riccius prax. aureę reſolut. 245. Nauar. conſ. 34. de prębend.

Pœna non eſt alicui pro dicto, vel facto imponenda, niſi id expreſſe fuerit in iure cautum. Menochius conſ. 1248. Nec in foro conſcientiæ debetur, donec fuerit impoſita. Nauar. conſ. 63. de præbend. & conſ. 8. de teſtam.

Pœnę pecuniariæ locis pijs ſunt aſſignandæ. Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de Reform. Si vero Epiſcopus euidenter indigeret, & pauper eſſet, poſſet illas in proprium vſum conuertere. Stephanus Quaranta in ſumma Bullarij, Verbo Pœnæ pecuniariæ.

Pœnarum nomine, à quibus Regulares abſolui poſſunt virtute ſuorum priuilegiorum, non intelliguntur irregularitates, aut pœnę pecuniariæ; ſed intelliguntur pœnę, quę à Cõfeſſario, vel à Canonibus pœnitẽtialibus imponũtur, vel ab ipſo pœnitẽte ſpõtè ſubeuntur. Nau. in Man. cap. 27. n. 191. 194. 254.

Pœna à Prælato Ordinario alicui impoſita non poteſt contra illius voluntatem à ſuperiore tolli, ne contemnatur à ſuis ſubditis, quod eſſet maximum totius Religionis damnum: ſi ergo Prouincialis aliquem ſuſpenderet ab ordinum executione, hic non poterit per P. Generalem reſtitui, contradicente Prouinciali. Concil. Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 1. de Reformat. Rodriquez quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 22. art. 8. Limita, niſi Generali conſtaret,

Prouin-

Prouincialem indebitè illum suspendisse, vel nisi in ipsa sententia Prouincialis dixisset, reseruato arbitrio P. Generalis.

Pœna legis humanæ imposita contra facientem aliquid, non habet locum, nisi perficiatur id, pro quo fuit imposita. cap. cum in cunctis, de electione.

Pœnæ non sunt extendendæ de vno casu ad aliũ, sed restringendę: ex identitate rationis tamen sunt ampliandæ, vbi agitur de periculo animæ. Abbas in cap. ex tenore, qui filij sint legitimi: & in cap. Translato, de Constit. & cap. 1. de Pactis. Glossa in cap. 1. de scrutinio in ordine faciendo. Bart. in auth. Sed cum testator C. Ad l. falcidiam. cap. Pœnę, de Pœnit. dist. 1.

Pœna delinquentibus in Sancto Officio minorari potest per Ordinarios, & Inquisitores, cũ Rei promptam ostendunt humilitatem. cap. vt Commissi, de hæreticis in 6. Hodie, ex Decreto Vrbis 1625. de mandato Vrbani VIII. id fieri non potest, nisi cumulatiuè, idest consentiente Episcopo, & Inquisit.

Pęnitentias per Sanctum Officium iniunctas non adimplentes, quomodo sint tractandi. Simanca cathol. instit. tit. 47. n. 77. Farinacius quæst. 193. num. 123. & 148.

Pęnitentia ab vno Confessario imposita tolli non potest, aut commutari ab alio directè, idest absolutè; indirectè tamen potest, idest perquisito statu vitę pęnitentis pręterito, & futuro; & attenta pęnitentia iam imposita: si enim apparebit, pęnitentiam fuisse iniunctam in medelã, curãdum est, vt adimpleat. Beia respons. cas. Bonõniæ par. 3. casu 1. Si vero fuerit iniuncta in vindictam peccatorum, pęnitens inducatur ad plenariam indulgentiam acquirendam.

Nauar.

Nauar.in Man.cap.26.num.22.& conf.21.de Pęnit. & remiss.& conf.6.de voto, & voti Redemptione. Rodriquez in summa cap.56.num.8.Comitolus responf.moral.lib.1.quæst.35.Megala institut.confess. lib.6.cap.5.num. 5. vsq; ad 10. Graffius decis. aurearum par.1.lib.1.cap.31.num.11.12.13.Coriolanus cas.reseruat.par.1.sect.2.art. 21. Beia respons. cas.Bononiæ par.1.cas.15.Emm. Sà satisfactio n. 5.

Pęnitentia publica imponi non potest pęnitenti à Confessario, nisi de pęnitentis consensu. Nauar.de Pęnit.dist.6.cap.1.num.89.& in Man.cap.13.num. 16.& conf. 13. de Pęnit.& Remiss. & in Compend. operum, Verbo Pęnitentia in fine. Megala instit. Confess.lib.6.cap.4.num.7.Beia respons.cas. Bononiæ par. 3. casu 14. Rodriquez in summa tom. 1. cap.36.num.2.Zerola prax.Sacram.pęnit.cap. 1. & cap.25.quæst.32.Oppositum habetur cap.1.& cap. 7. de Pęnit. & Remiss. Sed limita, pęnitentias publicas pro peccato publico esse vtiq; iniungendas, non à Confessario, sed à Iudice fori exterioris. Emm. Sà satisfactio num.8.& 12.

Pęnitentia à Confessario imposita, & in peccato mortali facta, non acceptatur à Deo, quia ab illius inimico, & hoste prouenit. D.Thomas, cum Caietano, Bonauentura, Ricardo, Durando, & Sententiarum Magistro. Oppositam sententiam sunt secuti Scotus, Parisienses, & Ticinenses, cum Nauar. nam sic diuina bonitas, & misericordia magis amplificatur, quia pęnitens, cum ad cor redierit, sortietur effectum charitate comparata, & fictione per eam fugata, quia opus est Sacramentale. Nauar.de Pęnit.dist.6.cap.1.num.48.Emm.Sà satisfactio 7.

Pęnitentes habitātes in cōfinijs duarum Diœce-

sium

sum possunt vtrobique peccata confiteri. Vide Parochiani.

Pęnitentiarij reseruatorum absolutionem alijs delegare nō possunt. Riccius decis. 621. Limita, nisi ex priuilegio Ordinarij habuerint facultatem subdelegandi.

Pęnitentiarij possunt de iure casus, & censuras particulares respectiuè reseruatas delegare Confessarijs inferioribus, nisi aliud obstet. Zerola prax. Sacram. pęnit. cap. 24. quæst. 17. Homobonus cas. reseruat. par. 1. cap. 5. Riccius prax. aureæ resolut. 179. & decis. 621. Coriolanus par. 1. sect. 2. art. 5. Limita, propositionem esse veram de Pęnitentiario Maiore Cathedralium, non autem de alijs Pęnitentiarijs minoribus, & ita seruatur in Metropolitana Mediolani, vbi ex Decreto Illustrissimi Archiepiscopi, Pęnitentiarius maior tantum habet subdelegandi facultatem. Aliquando tamen vni ex Pęnitentiarijs minoribus fuit concessa facultas, subdelegandi ab Illustrissimo Archiepiscopo.

Polluentes Ecclesiam, Mediolani incidunt in casum reseruatū, & parū refert, quod pollutio publica sit, vel secreta: publica enim Ecclesiam nō polluit à parte rei, quia est sancta. cap. vestra, de cohabitatione Cler. & Mulierum: sed polluit ad hominum opinionem tantum, ad quorum terrorem reconciliatur. Glossa in præcitato cap. vt videntes sic lauari Ecclesiam, quę non peccauit, cogitent intra se, quantum sit pro peccatorum ablutione elaborandum. Lactantius Finellus cas. reseruat. casu, Qui Ecclesiam polluerint q. 11. Graffius cas. reseruat. lib. 2. cap. 9. num. 36. 38. & 40. & casus reseruatio intelligitur de actu exteriori consummato, quod

etiam

etiam militat in ipsa pollutione secreta. Panormitanus. cap. cum in cunctis, de electione. Ad hoc autem, vt Ecclesia reconcilietur, publica debet esse pollutio. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Ecclesia 14. 19.

Possessorij, vltimus actus est attendendus. cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess.& propriet. Vincentius Francus decis.548. 4. par.

Possessor bonæ fidei, ex aliena re consumpta, locupletior fieri tunc dicitur, quando occasione illius rei sic consumptæ, patrimonium eius aliquo modo est auctum, quia sumptus aliquos non fecit, quos alioquin facturus erat ex suo patrimonio: siue aliquid lucri fecit occasione illius rei. Quod si hac ratione, & occasione illius rei bona fide cõsumptæ, lautius vixit, & splendidius, quam erat victurus, non dicitur ex illa re factus ditior, quia patrimonium eius non est auctum. Sanchez in Decalogum par. 1. cap. 23. num. 7.

Possessor bonæ fidei tenetur restituere fructus rei iniustè acceptos, si adhuc extent, & penes se illos habeat, siue factus sit locupletior, siue non. Caietanus in summa, Verbo Restitutio cap. 1. Reginaldus prax. fori pęnit. lib. 10. num. 38. tom. 1.

Possidens aliquam rem, iuris præsumptione, pręsumitur iure suo possidere, non autem iure alieno, vel alterius nomine. Menochius cons. 1248.

Potestas Prælatorum Regularium an ordinaria sit, vel delegata; & an in foro conscientiæ possint illam delegare. Passarellus in notand. priuileg. mendic. cap. 14. 15.

De Potestate concedentis rescriptum disputare non licet. 17. quæst. 2. §. qui autem. Secùs vero de

illius

illius voluntate,& scientia. Glossa in cap. Præterea dist. 23.

Præcedentia inter Regulares debetur antiquioribus in illo loco. Sacra Episcoporum Congregatio 24. Maij 1583. Episcopo Cassani.

Præcedentia inter Moniales attendi debet penes professionem,non autem penes acceptationem. Sacra Episcoporum Congregatio 30. Octobris 1584. Episcopo Nolano.

Præcedentię lites quomodo sint dirimendę, Riccius prax,aureæ resolut. 101.102.103.

Præcedentiæ iura. Rota decis.9.de Prębendis, & decis.7.de concessione Præbendæ. Andreas Molfesius cons.15. Riccius prax. fori Ecclesiast. decis. 578.579.Grilenzonius cons.50.& 121. Vincentius Francus decis. 48. par. 4. Nauar. cons. 4. de statu Monac.

Præcipio,seu præceptum aliquando sumitur large pro monitione,prout in regula Sancti Augustini: præcipimus in Monasterio constituti. Siluester,Religio 1.quæst.11.Verbum, Sancimus,importat præceptum obligans ad mortale. Clementina 1. de celebrat. Missarum. Siluester,Hora quæst.9.

Præceptum superioris contra inferiorem,& subditum,quando non valeat. Grilenzonius cons.132.

Prædicare Regulares non possunt, absq; licentia suorum superiorum. Religiosus subd, & Prælat. quæst. 1.cap.22.

Prædicatores Regulares in Ecclesijs suis pauperes commendare non possunt, absq; Ordinarij facultate; Monasterijs eorum exceptis: & compelli possunt ad obediendum. Sacra Episcoporum Congregatio 8.Maij 1602. Episcopo Sauonæ.

Prędium

Prædium infructiferum dicitur, quando actu, & habitu nullum affert fructum, non autem si per accidens, aut nullum, aut modicum affert pro aliquo tempore. Cum vero dicitur; Cessantibus fructibus cessat census, intelligitur quando fructus cessant per se, & radicaliter; quia emptio census est ius fundatum in fructibus existentibus, non actualiter, sed possibiliter. Beia resp. cas. Bononiæ par. 3. casu 31. & 33. cap. quid per nouale, de verborum signific. Nauar. cons. 9. de empt. & vendit.

Prælato obedire non tenentur Regulares in omnibus, sed solum in ijs, quorum contrarium non præcipit Deus, & iustitia eius, & in quibus potestatem habet præcipiendi secundum Regulam. D. Thom. 2.2. quæst. 104. art. 5. Nau. cons. 1. vt lite pendente.

Prælatus Regularis percutiens suum subditum absolui potest à Confessario sibi subdito; quia in materia fauorabili Monachi appellatione etiam Prælati intelliguntur. cap. fin. de verborum significat. Sayrus de Censuris lib. 3. cap. 28. num. 13. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 12.

Prælati Regulares possunt in foro exteriori dispensare cum suis subditis super Irregularitate contracta, excepta homicidij voluntarij. Rodriquez q. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 18. 20. & quæst. 24. art. 3. 13. 14.

Prælatum eligendo, possumus eligere bonum relicto meliore. D. Thomas quolib. 11. quæst. 10. art. 13.

Prælati Regulares non possunt dispensare in lege sui superioris, auferendo illius obligationem ab aliquo particulari subdito. Possunt tamen pœnam, per legis transgressionem iam contractam tollere; si

tamen pœna non sit reseruata: quia Prælati Ordinarij possunt ea omnia, in quibus non sunt specialiter prohibiti. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quæst. 22. art. 8. Bonacina de matrimonio quæst. 3. pun. 15. propos. 2.

Prælati Regulares absoluere possunt suos subditos, & fratres hospites vndecumq; aduenientes, ab omni censura excommunicationis, suspensionis, & interdicti, à iure, vel à Iudice generaliter lata: possunt etiam quoad forū exterius eosdem absoluere, parte satisfacta, etiam Iudice inconsulto, & super Irregularitatibus dispensare. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 1. 2. 4. 6. 7. & in summa par. 2. cap. 31. num. 3. & absoluere possunt à censuris extra forum Sacramentale; quamuis in concessione dicatur, quod in foro conscientiæ absoluant.

Prælatos Regulares absoluere posse suos subditos à casibus Bullæ cœnæ, tenet Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 9. Ego tamen eius sententiam non amplector, quia licet ex priuilegijs Apostolicis absoluere possint suos subditos à casibus omnibus, quatuor tantum exceptis, ob quæ meritò ad sedem Apostolicam essent destinandi; videlicet hæretici relapsi, schismatici, litteras Apostolicas falsificantes, & prohibita ad infideles deferentes; nihilominus cum annis singulis renouetur Bulla cœnæ, cum derogatione omnium priuilegiorum per Sāctam Sedem concessorum; ego existimo, relicto Rodriquez, Prælatos Regulares non posse sibi subditos absoluere à casibus Bullæ Cœnę. Adest etiam Decretum Sacræ Congregationis iussu Clementis VIII. editum contra Regulares ex vi suorum priuilegiorum prætendentes absoluere posse à

casibus

casibus reseruatis; Quamuis ad hoc responderi possit, decretum loqui de sæcularibus per Confessarios Regulares absoluendis, non autem de Regularibus à superioribus suis absoluendis. Clara sunt verba Decreti Sacræ Congregationis 1601. 9. Ianuarij.

Prælati Regulares ex vi priuilegiorum absoluere non possunt suos subditos à Simonia in ordine contracta, cum id per Sixti V. Bullam contra male promotos fuerit eis vetitum: à Simonia vero ratione beneficij, vt Prioratus, Prouincialatus &c. absoluere poterunt, dispensare, & habilitare. Rodriquez quæst, regular. tom. 1. quæst. 20. art. 13.

Prælati Regulares, scilicet Generalis, aut Prouincialis, absoluere possunt suos subditos à suspensione à diuinis, à Iure, vel ab homine generaliter promulgata, & à delicto occulto proueniente, in foro tamen conscientiæ. Possunt etiam in foro exteriori absoluere, quando pœna, nec est reseruata, nec perpetua. cap. ex litteris, de Constitut. Rodriquez quæst. regul. tomo 1. quæst. 20. art. 14. & in summa par. 2. cap. 31. num. 3.

Prælati Regulares dispensare non possunt super bigamia vera, & interpretatiua; sed tantum super bigamia similitudinaria, ita vt ascendere possint sui subditi ad ordines Sacros. Cum alijs vero dispensare possunt ad ordines minores tantũ. Requiritur autem, quod copula naturalis fuerit secuta, & seminauerint, vel saltem pudoris claustra penetrauerint. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quęst. 24. art. 2.

Prælati Regulares possunt dispensare cum suis subditis corpore vitiatis, si tamen membrum sua

culpa non sit abscissum; non tamen dispensare possunt cũ carente oculo canonis, quia reseruatur Papæ. Item dispensare possunt, vt propter infirmitatem subditus celebret velato capite. Rodriquez quæst.præcitata art.3.4.5.Nauar.consi.4.de celebr. Missarum.

Prælati Regulares cum possunt acquirere Ecclesiæ, & non acquirunt, tenentur ad interesse. cap. Quicumq; de rebus Ecclesiæ non alienandis. Rodriquez quæst.regular.tom.1.quæst.27.art.4.

Prælati Regulares subditos percutientes, & modum excedentes, si lethalis sit excessus, excommunicationem incurrunt. cap. si Clericos, de sent. excom.in 6.Molina tom.4. disp. 56. num. 9. Sayrus de censuris lib.3.cap.27.casu 6.num.11.vsq;ad 17. Coriolanus cas.reseruat.par.2. casu 10.

Prælati Regularis actiones, vt noceant monasterio, requiritur, quod fiant conuocato Conuentus consilio. Glossa in cap.cum dilectus, de ordine cognitionum. Felinus cons. 38. Vide Verbo Regulares possunt, & Regularis percutiens.

Prælati Regulares excommunicationis sententiam sine scripto proferentes, sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ per mensem, quo tempore celebrantes fiunt irregulares: possunt tamen à Generalibus, vel à Prouincialibus super Irregularitate dispensari, pœnitentia competenti iniuncta. Generales vero, & Prouinciales à suis Confessarijs dispensari possunt, ex priuilegio Clementis IV. & Bonifacij VIII. Sorbo Capuccinus, & Confectius in compend.priuileg.mendic. Verbo dispensatio.

Prælati Regulares non possunt excommunicationem addere, & sibi reseruare, casibus in Decreto

Clementis

Clementis VIII.contentis: quia præcipitur ibi, Regulares Prælatos aliud non posse sibi reseruare, ne subditi maculas conscientiæ superiori detegere formidantes, in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem inducantur: & hæc ratio militat etiam in excommunicatione reseruata. Megala institut.confess.lib.1.cap.12.num.8.

Prælati Regulares sunt Ordinarij cum suis subditis, sicut Episcopi cum laicis. Sanchez de matrim. tom.2.lib.8.disp.3.num.9.

Prælati Regulares obligare possunt Missas suorum subditorum quibus voluerint, subditis etiam inuitis. Rodriquez in summa cap.251.num.10. Siluester Missa.1.quæst.12. Religiosus subditus, & Prælatus tom.1.cap.6.§.vnico, Io: Baptista Confectius in Compend.priuileg.mend.in summ. materierum tit.19.cap.3.in fine. Vide hunc librum, Verbo Fratres, hoc est Regulares.

Prælato Regulari præcipienti suo subdito, vt ad carcerem vadat, causa non manifestata, an sit obediendum. Religiosus subditus, & Prælatus, de obedientia. cap.13.

Prælato quomodo, & quando Regulares obedire teneantur. Religiosus subditus, & Prælatus q.1.cap.6.7.8.12.

Præscriptio quantum valeat, & quo in casu suffragetur. Nauar.cons.1.de Præscriptionibus.

Præsentatio spontanea purgat vitium fugæ. Intelligitur, quando statim ferè reuertitur, secus autem si post longum temporis interuallum. Menochius cons.288.num.28.

Præsentatio inquisiti spontanea coram vno Iudice, dicitur præuentio affectata, & procurata; præser-

tim post citationem a primo Iudice factam; id tamen nec absolute, nec semper est verum, sed arbitrio Iudicis remittitur. Farinacius quæst. 7. n. 64.

Præsumptiones non militant in foro conscientiæ. cap. humanæ aures 22. quæst. 5. & cap. Is qui, & cap. Tua, de sponsalibus.

Præsumpserit verbum, quid in Bullis Papæ innuat. Graffius par. 1. decis. aurearum. lib. 1. cap. 13. num. 94.

Præsumptiones innocentiæ, & non doli, nec delicti, veniunt in conflictu præsumptionum, & indiciorum. Farin. cons. 88. num. 19.

Præuentio realis per capturam præualet præuentioni verbali per citationem. Farinacius quæst. 7. num. 53. cum sequentibus, & quæst. 186. n. 81. vsq; ad finem. Franciscus Leo in Thesau. fori Ecclesiast. par. 3. cap. 6. num. 11. Baiardus ad Clarum quæst. 38. num. 82. Grilenzonius cons. 140.

Præuentio realis per capturam personæ, præfertur verbali præuentioni, & anteriori. Intelligitur tamen de verè capto, non de sponte comparente; hic enim alio in loco se constituere non potest, quam in eo vbi fuit citatus; quia tali in casu esset remittendus ad Iudicem, qui præuenerat verbaliter, ob præsumptionem, quod ad effugiendum acrius iudiciũ, effugere voluerit Iudicem, qui citare cæpit, tanquã magis informatum. Farinacius quæst. 7. num. 53. 63. & quæst. 186. num. 87. Remigius Gonneus de immun. Ecclesiarum, Verbo citari verbaliter, in summ. quæst. 14.

Pretium fundi iustum de iure communi, est, quãtum cumulus fructuum 20. annorum ascendit. Autent. de non alienan. §. Si vero alicuius, iuncta glossa.

sa. Item Glossa fin.in Autenth.Perpetua;& ibi Salic.q.pen. C.de Sacrosanctis Ecclesijs. Ludouicus Romanus conf.423.Guido Papa conf. 180.col.2.

Pretium rei diminuitur ob onus emptori impositum,prçter naturam emptionis. Nauar.conf.19. & 24. de Vsuris.

Prior, aut Guardianus esse nullus potest, nisi completo 25. anno. Nec Generales super hoc dispensare possunt. Rodriquez quæst.regular. tom. 1.quçst.23. art.16.

Priori, vel posteriori testium dicto an sit credendum. Speciale est in crimine hçresis, vt posteriori dicto credatur. Pegna comment.152.par.Direct. Inquisit.& comment.114.3.par.Intelligitur tamen, vbi posterius dictum, verisimilius sit, & fauorabilius fisco,secus priori dicto erit standum;secundum autem dictum detrahit nonnihil priori dicto, quod relinquitur arbitrio Iudicis: & testis tanquam falsus puniri poterit. Clarus §. fin. quçst. 53. Menochius conf. 1255. num. 15. Farinac.quçst.66.num. 157. vsq; ad 164.

Princeps laicus non potest prçcepto pçnali arrestare, seu sequestrare laicum sibi subditum, in loco exempto existentem, ne illinc recedere audeat, vel in termino sibi prçfixo,& statuto teneatur coram illo se prçsentare. Couarruuias par. 2. var. resolut. cap.20.lib.2.num.13.15.17.Prax.Archiep.Neapolit.cap.22.Siluester,Immunitas 1.num.3.& 2.num. 8.& 3.num.2.cap.1.de Immunitate Ecclesiarum,& cap.Decet.tit.eodem in 6.cap.Definiuit 17.quçst. 4.Armilla exemptio 5.Ioannes Baptista Confectius Compend. priuileg. mendic. Poterit illum citare verbaliter. Remigius de immun.Eccles.Verbo ci-

tari verbaliter, Summar. quęst. 14.

Princeps mandans reuocari quicquid est factũ, vel immutatum in tali causa, intelligendus est de eo, quod minus legitime fuit factum. cap. Audita. de restitut. spoliat.

Priuationis pęna non imponitur, nisi id reperiatur in Iure cautum. Farinac. cons. 25. 30. 48.

Priuilegiorum subsistentia, & derogatio. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 2.

Priuilegium dignitati concessum, durat etiam cessante dignitate, in memoriam pristinę dignitatis. Menochius cons. 784. num. 8.

Priuilegium in perpetuum concessum durat durante persona, cui fuit concessum; quia ly in perpetuum intelligitur secundum subiectam materiam. Menochius cons. 784. num. 10.

Priuilegium Ecclesię concessum non tollitur per non vsum, nisi cursu quadraginta annorum. Menochius cons. 727. num. 13.

Priuilegia recipiunt interpretationem à supplicatis. Iason in l. casus, num. 5. C. de Transac.

Priuilegia conceduntur sine praeiudicio tertij, vel cum modico; nec Papa tollere potest Ius tertiò quaesitum. Rodriquez quaest. regul. tom. 1. quaest. 7. art. 6. & quaest. 27. art. 5.

Priuilegio facultatiuo, & ad dignitatem pertinenti derogari non potest per non vsum, & eo possumus vti post longum temporis spatium voluntate mutata. Felinus in cap. Cum accessissem, de Constitut. Rodriquez quaest. regular. tom. 1. quaest. 18. art. 1.

Priuilegium amittere meretur, qui permissa abutitur potestate. cap. Tuorum, de priuilegijs.

Probatio-

Probationes plures,& imperfectæ,vel duæ semiplenæ, nunquam coniunguntur, ad effectum condemnandi aliquem, tanquàm conuictum. Farinacius conſ.182.limita in pœnam ordinariam.

Probationes factæ in vna inſtantia,fidem faciunt perpetuò inter eaſdem perſonas, non tamen diuerſas, licet ſuper eadem re,& cauſa; niſi tertius ante finem litis pro ſuo intereſſe veniat,aut à ſententia appellet. Rota deciſ.20. de re iudicata.

Proceſſus Sancti Officij inchoari non poſſunt per ly, Cum ad aures noſtras peruenerit; ſed requiritur certa perſona denuncians,aut querelans,ex Decreto Sacræ Congregationis de Vrbe.

Procuratores magnatum conuenientes cum Piſtore,& Lanio, quòd ab ipſis accipient panes, & carnes, ſi tamen ſingulis menſibus eis dederint tot aureos, peccant obnoxij ad reſtitutionem. Nauar. conſ.6.de Furtis.

Profeſſionem Regularem reſpicientia. Beia reſponſ. caſ. Bononiæ, caſu 28.29.4.par.

Profeſſus habens parentes in neceſſitate. Paſſarellus in notandis priuileg.mendic.cap. 42. Nauar. conſ.26.54.55.65.67. de Regularibus.

Profeſſus, ſeu nouitius à Religione reuocatus. Paſſarellus vbi ſupra cap. 40.

Profeſſio,ſi declaretur nulla à Superiore Regulari tantum,& non ab Ordinario loci,talis declaratio non eſt attendenda; ſed tenetur Religioſus reuerti ad ſuum Monaſterium. Riccius prax. aureæ reſolut. 20.

Profeſſio facta ante XVIII.annum valet. Nauar. conſ. 35.44.45. de Regular. Silueſter, Religio 3. queſt. 2. Non obſtat cap. quia Inſulis, de Regular.

Vide

Vide ibi Panormit. & Innocen.

Professi Regulares, & in Sacris non constituti, non tenentur sub mortali recitare diuinum Officiũ, nisi obligentur ex Regula, vel ex Religionis consuetudine: Victus enim debetur eis, eò quod se obligauerint perpetuo ad inseruiendum Religioni. Caietanus in summa, Verbo Horæ Canonicæ. Graffius par. 1. decis. aure. lib. 3. cap. 5. num. 81. Azorius tamen instit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 6. quæst. 1. 2. 3. & cap. 3. quæst. 1. tenet ex communi sententia, Regulares professos obligatos esse ad recitandas horas canonicas, & docet idem de Monialibus. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 17. Bonac. de horis canonicis disp. 1. quæst. 2. punc. 2.

Professio prorogari potest per superiores Regulares, etiamsi annus 16. sit completus. Nauar. cons. 29. de Regular. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 18. num. 54. Graffius decis. aure. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 16. & sic habetur ex voto Sacræ Congregat. Concilij.

Professio inualida non ratificatur per susceptionem Sacrorum ordinum cum dimissorijs. Nauar. cons. 44. de Regular.

Professio emissa quando rescindi possit. Grilenzonius cons. 74.

Promissio si fiat alicui pro opere illicito, videlicet furandi, occidendi, copulam habendi &c. secuto effectu promittens tenetur illam seruare sub peccato mortali. Emmanuel Sà Aphor. Confes. promissio num. 2. Bonacina de Contract. disp. 1. quæst. 3. puncto 3. num. 1. 2. 3. & disp. 3. quæst. 11. punct. 5. num. 1.

Promittens aliquid pro maleficio, eo secuto potest

test licite soluere promissum, non ex vi promissionis, aut ratificationis maleficij, sed in eleemosinam, & subsidium paupertatis, & in conseruationem sui honoris, ita vt maleficium non sit causa principalis, sed causa sine qua non. Nauar. cons. 10. de Simonia, num. 8.

Propositiones scandalosas, piarum aurium offensiuas, blasphemas, maledicas, & iniuriosas proferentes, compelli possunt ab Inquisitoribus, ad tollenda scandala, vt se retractent, & semetipsos explicent. Simanca de Cathol. institut. tit. 54.

Propositio temeraria illa dicitur, quæ nulla ratione efficaci, vel auctoritate probari potest. Albertinus de agnos. Cathol. assert. quæst. 6. n. 7. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Hæresis 12.

Propositum, & deliberatio quantumuis firma, non obligat. Nau. cons. 1. & 6. 8. 10. de voto, & voti redemptione.

Proprietas est abdicanda. Passarellus in notan. priuileg. mendic. cap. 43.

Protectores Religionum qualem, & quantam habeant super Regularibus auctoritatem. Religiosus subditus, & Prælatus, quæst. 1. de Obedientia cap. 18. §. 2. & 3. vbi habes Breuia Sixti V. & Pauli V.

Protestatio contraria facto non releuat protestantem. Doctores in cap. cum M. Ferariensis, de Constitut. Respondetur, quod quando actus dependet solum à facto, & voluntate protestantis, licet sit contraria facto, nihilominus releuat. Respondetur secundo, quod protestatio incontinenti facta, & non ex interuallo releuat. Farinacius cons. 3. num. 66. & 209.

Prouinciales limitare possunt ex iusta causa au-ctoritatem Prioribus concessam, & multo magis id possunt Generales, quamuis iure diuino illis competat, & iure humano, idest immediate illam à Papa recipiant: illam enim habent ordine hierarchico, videlicet, vt minores à maioribus dependeant. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 17. art. 7.

Prouincialis reuocare non potest procuratorem à conuentu legitimè constitutum. Nauar. consf. 12. de electione.

Prouincialis nullus esse potest, nisi completo 30. anno, nec per Generalem dispensari potest, & debet esse Doctor, vel licentiatus. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 23. art. 10.

Prouinciales non possunt remouere à Prouincia fratres à Generali ibi positos. Nau. consf. 1. de sent. & re iudicata.

Pueri ante septennium non prohibentur ingredi Monasteria Monialium. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Pueri num. 1. Oppositum docet Comitolus responsf. moral. lib. 6. quæst. 19. & 22. Azorius instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 8. 9.

Pueri fidem abnegantes, mox reuertentes, abiurant tantum de leui: maiores autem si dicant non credidisse &c. abiurant de vehementi, non autem de formali. Prax. Archiep. Neapol. cap. 84. Nauar. consf. 3. de hæreticis.

Pueris ob defectum ætatis, in qua commissus fuit excessus, rigor mansuetudine est temperandus. cap. fin. de sent. excomm. his enim ætatis ignorantia suffragatur, nec eorum expectanda est pœnitentia, quos excipit à coercitione censura. cap. eos quos,

de

de Consec.dist.4. quamuis nec ætas, nec sexus aliquando excuset. cap.Si quis cuiuslibet 21.quæst.5.

Pueri Coquinæ deseruientes,& deferentes comestibilia alicuius valoris,sed occultè, amicis Coqui, credentes Dominum id vetiturum,si ad illius aures perueniret; si credant Coquum mortifere peccare, mittendo prædicta donaria, peccant & ipsi illa deferendo,& à Confessarijs præcipiendum eis est, ne amplius talia deferant. Nauar.cons.5. de Furtis.

Puluis confici potest ex cerebro hominis raso contra grauissimas infirmitates: non licet tamen humanis carnibus vesci, idest non sunt occidendi homines, vt quis extrema necessitate pressus se sustentet; forsan licebit vesci carnibus occisorum à Deo,vel ab hominibus in extrema necessitate. Nauar.cons.2.de Sortilegijs. Azorius instit,moral,par. 1.lib. 7.cap.32.quæst.4.

R

RApina, vel Raptus significat ablationem violentam,qua fęmina ab vno loco ad alium trahitur. Nauar.cons. 1. de Raptorib.

Ratio computorum semel reddita; non est iterum reddenda, præsertim si per instrumentum quis fuit liberatus. Farinac.decis. Rotæ Romanæ 101. 179. 224. 334.

Recuperare quilibet de loco potest deperdita, & debet admitti ad recuperandum. Glosa in Clementina. Quia contingit, de religiosis domibus, Verbo indebite.

Recursus non tollitur,aut impeditur per iustam appellationem. Menochius cons. 1247.

Recur-

Recursus ad Curiam sæcularem, ad effectum Iudicibus Ecclesiasticis inhibendi, damnatus est. Farinacius Rotæ Romanæ decis. 212. Vide Regulares recursum.

Referendarij vtriusq; signaturæ sunt immunes, & exempti à Iurisdictione Ordinariorum, ijs enim tantum subduntur ratione beneficiorum in partibus possessorum. Riccius prax. aureæ Resolut. 30.

Regimen perpetuum melius est Regularibus, quam temporale. Nauar. cons. 4. de iure patronatus, num. 2.

Regula non semper obligat ad mortale, quamuis dicatur; quæ vobis præcipimus in Monasterio constituti, quia ly præcipere apud latinos scriptores multoties significat præmonere. Azorius institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 11. quæst. 7.

A Regula non disceditur, nisi expressè id excipiatur. Nauar. cons. 9. de sent. excomm.

Regularis percutiens Regularem alterius ordinis, non potest esse causa, vt Monasterium satisfaciat pro damno illato. cap. cum Venerabilis, de exception. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 12.

Regularis excommunicatus à iure, vel ab homine, potest denunciari excommunicatus per Episcopum, vt euitetur à Christi fidelibus. Clementina, Religiosi, de Priuilegijs. Rodriquez quæst. regular. tom. 2. quæst. 63. art. 11.

Regulares impediri non possunt ab Episcopis, vel Curatis, quin celebrent etiam ante Missam Parochialem. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 43. art. 7. tom. 2. quæst. 64. art. 11. & tomo 3. quæst. 27. art. 1. & quæst. 32. art. 7. Siluester, Missa quæst. 5.

Clemen-

Clementina, Religiosi, de Priuileg.

Regulares vtriusq; sexus tuta conscientia retinere possunt, & habere rerum administrationem, & vsum simplicem facti, cum licentia tacita, vel expressa sui Prælati. Nauar. comment. 1. de Regular. num. 15. 17. 18. 19. & com. 3. num. 25. 26. 31. 32. 33. 36. & cons. 20. de Regular. & in Man. cap. 12. num. 50. Rodriquez quæst. regular. tomo 2. quæst. 125. art. 2. 3. & tom. 3. quæst. 29. art. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 12. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 12. Lessius de Iust. & Iure lib. 2. cap. 4. num. 27. cap. 41. num. 79. Megala institut. Confes. 1. 2. par. cap. 27. quæst. 3. num. 56. Religiosus subditus, & Prælatus quęst. 2. cap. 2. §. 1. 2. Nauar. cons. 1. num. 6. de magistris.

Regulares tenentur deuotè celebrare, & recitare officium diurnum, & nocturnum. Clementina 1. de Celeb. Miss.

Regulares temerè habitum dimittentes, ipso facto sunt excommunicati. cap. vt periculosa; Ne Clerici, vel Monachi in 6. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 13.

Regulares apostatæ, & eiecti. Azorius vbi supra, cap. 16. 17. Hodie extant decreta Sacræ Congregationis Concilij de mandato Summi Pontificis Vrbani VIII. edita 21. Septembris 1624.

Regulares subdiaconi vigore Concilij Tridentini sess. 22. cap. 4. vocem habere non possunt in capitulis conuentus, ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij. Azorius institut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 18.

Regulares an, & quando confiteri possint Sacerdotibus alterius ordinis. Graffius decis. aure. par. 1. lib. 1. cap. 13. num. 55. & lib. 3. cap. 5. n. 107. 108.

Megala

perior, vel Papa illum absoluat. Rodriquez quæst. regul. tom. 2. quæst. 22. art. 6. Nauar. conf. 1. de seruis non ordin.

Regulares an de Religione expelli possint propter aliquod peccatū. D. Th. quolib. 12. art. vltimo.

Regularis professus exire non debet inuito Prælato, vt parentum necessitatibus succurrat; quoniam obedientiæ votum negatiuum est, & primæ tabulę, obligatio vero parentibus subueniendi præceptum affirmatiuum est, & secundæ tabulæ. D. Thomas quolib. 3. quæst. 6. art. 16. Rodriquez quæst. regul. tom. 2. q. 57. art. 3. 4. Nauar. conf. 26. de regularibus.

Regulares impediendi non sunt, ne pro suis conuentibus quæritent eleemosinas; id enim Tridentinum ijs tantum vetat, qui eleemosinas quæritantes prædicant, vel indulgentias publicant. Rodriquez quęst. regular. tom. 2. quęst. 57. art. 7. 8. Nauar. conf. 79. de Regularibus, num. 6.

Regulares regulam laxatam tuta conscientia obseruant; an vero strictiori regulæ restitutæ obligari possint, videantur Azorius instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 11. quęst. 16. 17. 18. 19. & Nauar. conf. 9. de Regularibus.

Regularis à casibus reseruatis absolui potest per Episcopum, Prælato Regulari excommunicato, vel aliter impedito; & quamuis exemptio sit ad fauorem Papæ eximentis; principalius tamen est ad fauorem exempti, præsertim vt quieti animæ consulatur. Siluester, Absolutio 5. quæst. 3. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 29. Nauar. conf. 8. de officio Iud. ordinarij. Molina de Iust. & Iur. tom. 4. disp. 61. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 4. cap. 39. num. 27. Sayrus de Censuris lib. 7. cap. 7. n. 23. 24.

23.24. Reginal. prax. fori pęnitent. tom. 1. lib. 1. nu. 243. Suarez in 3. par. tom. 4. difp. 30. fect. 2. num. 3. Prax. Archiep. Neapol. cap. 66. num. 19. Megala inftit. Confef. par. 1. lib. 1. cap. 13. num. 10.

Regulares abfolui non poffunt à cafibus referuatis, per fuos Confeffarios, abfq; facultate fui Prælati, quamuis iniuftè illam negaret; poterunt tamen ad euitandum graue fcandalum contriti communicare, aut celebrare cum propofito confitendi, & abfolutionem obtinendi, cum primùm facultatem obtinere potuerint. Rodriquez quæft. regular. tom. 1. quæft. 20. art. 30. & quæft. 21. art. 4. Id quod valet etiamfi excommunicati effent, aut irregulares, ad fcandalum tollendum: quia præceptum de non fcandalizando naturale eft, & diuinum; præceptum verò, quod excommunicati nec celebrent, nec communicent, eft humanum pofitiuum. Rodriquez vbi fupra.

Regulares an virtute Bullæ cruciatæ poffint eligere Confeffarium, à quo abfoluantur (facultate à fuis Prælatis non impetrata) à cafibus, & cenfuris referuatis aiunt quidam, negant alij. Rodriquez quæft. regular. tom. 1. quęft. 21. art. 10. Megala inftit. Confef. lib. 1. cap. 10. num. 11. Attenta vero difpofitione Clementis VIII. 23. Nouembris 1599. nullo pacto licet Regularibus vtriufq; fexus, eligere fibi Confeffarium virtute cruciatæ, feu aliorum indultorum particularium. Stephanus Quaranta in fumma Bullarij, Verbo Confeffor.

Regulares ad ordinationem accedentes non tenentur deferre literas teftimoniales Ordinarij loci, quod ordinationes non fit habiturus; fed fufficit, quod fuper hoc deferant atteftationem fui Prælati

Regularis. Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo Ordo. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 83. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quęst. 18. art. 5.

Regulares renunciare possunt priuilegio exemptionum, Episcopo se subdentes, vt absoluantur, & dispensentur. Vide Regularis à casibus, & Regularis casum. Nauar. cons. 8. de officio Iudicis ordinarij. Sayrus de Censuris lib. 7. cap. 7. num. 23. 24.

Regulares puniti per Sanctum Officium (pœnitentijs salutaribus exceptis) eo ipso fiunt inhabiles ad gradus, & officia Religionis; nec possunt rehabilitari, nisi per Sanctiss. vel per Illustriss. Inquisitores; ex Decreto Vrbani VIII. 1. Octobris 1626.

Regulares si mutuo se percutiant, nec vllus alius eodē in loco existat, qui possit illos absoluere; vnus alterum absoluere poterit (quod intelligendum est de superiore, & subdito sese percutientibus) quia necessitas legem non habet; Si enim in casu necessitatis excōmunicatus absoluere potest à peccatis, multo magis poterit absoluere ab excommunicatione; non obstante canone, Audiuimus 24. quæst. 1. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quęst. 20. art. 12. Coriolanus cas. reseruat. par. 2. casu 10. in fine.

Regularis percutiens Clericum absoluendus est, non ab Episcopo, sed à proprio Prælato; quamuis in defectum Prælati Regularis possit etiam absolui ab Episcopo. Molina tom. 4. de contract. disp. 60. Reginaldus prax. fori pęnitent. tom. 1. lib. 1. num. 245. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 29. Beia respons. cas. Bononiæ par. 4. casu 6. cap. Religioso, de sent. excomm. in 6. & cap. Monachi de sent. excomm.

Regulares ad Sacros Ordines admittendi, sufficit, vt bene legere, & cantare sciant, quamuis deficiant aliqua ex parte in lingua latina; cùm enim ad beneficij titulum, vel ad curam animarum non ordinentur, tanta non exigitur in ipsis scientia, quanta in Clericis. cap. Nullus, de tempor. ordin. in 6. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 24. art. 7. Vide Sacerdos.

Regulares faciunt quasi contractum cum Ecclesia, Monasterio, & Prælato, dum emittunt professionē; videlicet, quod ipsi inseruient perpetuo Religioni; Religio autem teneatur illos sustentare. cap. Nisi cum pridem, de Renunciat. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 27. art. 6.

Regularis nec potest, nec debet conducere possessiones, nec misceri sęcularibus procurationibus. cap. fin. dist. 86.

Regularis potest tenere, & dare aliquid de rebus Monasterij in eleemosinam, vel ob aliam causam iustam, de licentia superioris tacita, vel expressa. D. Thomas quolib. 3. quæst. 6. art. 15. Vide Regulares possunt.

Regulares exempti, per locorum Ordinarios excommunicari non possunt. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 33. num. 21. 22. 23. Vide Episcopi excommunicare.

Regulares non possunt administrationem bonorum, per consanguineos sibi relictorum, apud se retinere. Calderinus cons. 1. & 7. de Regular.

Regularis ante professionem donās aliquid Religioni, si facta professione egrediatur à Religione in casu permisso, an iam donata repetere possit. Calderinus cons. 27. de Regular. Felinus cons. 47.

Regu-

Regulares diſpenſant ad petendum debitum cum ijs, qui ante matrimonium contractum caſtitatem vouerant, & cum ijs etiam, qui ob affinitatem ſunt aliquo modo impediti. Sanchez de matrim. tom.3. lib. 8. diſp. 16. & in Decalogum par. 1. lib. 4. cap. 43. num. 10. Etiam extra confeſſionem, & cum aduenientibus vndecunq; diſpenſant. Ibidem num. 15. 16. 17.

Regulares præſumentes miniſtrare Sacramenta Euchariſtiæ, Matrimonij, & extremæ Vnctionis, abſq; licentia proprij Parochi, excommunicantur in Clementina 1. de priuilegijs: & reſpectu matrimonij ſuſpenduntur à diuinis ipſo facto, ex Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. Vide Sacerdos regularis.

Regularis percutiens Regularem alterius ordinis abſolui debet à proprio Prælato. Reginaldus prax. fori pœnitent. tom. 1. lib. 1. num. 243. Homobonus caſ. reſeruat. par. 3. cap. 4. Riccius deciſ. 465. cap. Monachi, de ſent. excomm.

Regulares, contradicente eorum Prælato, audire poſſunt Confeſſiones ſæcularium; niſi aliter caueatur in regula, vel in ſuis conſtitutionibus. Zerola Prax. Sacram. pœnit. cap. 18. quæſt. 7. Religioſus ſubditus, & Prælatus de Obedientia cap. 21.

Regularis caſum reſeruatum Papæ habens, abſolui poteſt per Epiſcopum. Megala inſtitut. Confeſſ. lib. 1. cap. 13. num. 10. 1. par. Alij negant. Limita id fieri poſſe cum licentia ſui Prælati. Vide Regulares renunciare.

Regulares ſunt exempti à legibus ſynodalibus Epiſcopi. Suarez de legibus lib. 3. cap. 33. num. 8. & lib. 4. cap. vltimo. Oppoſitum docet Sanchez in

Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 15. nu. 21. limita nisi contrarientur Regulæ eorum.

Regulares possunt contrahere vtiliter pro suo Monasterio, non autem cũ detrimento. Nau. cons. 5. de pactis, & cons. 4. de iniurijs, & cons. 14. & 73. de Regular. Sanchez in Decal. par. 2. lib. 7. cap. 31. n. 9. vsq; ad 34. Naldus practicarum quæst. Verbo Religiosus num. 31. cap. quod quibusdam, de fideiuss. Molina disp. 525. num. 4. de contractibus. Siluester, Religio 8. num. 3.

Regulares sunt capaces Iurispatronatus, etiamsi sit laicale. Andreas Molfesius cons. 31.

Regulares, in receptione personarum vtriusq; sexus, recipientes, vel petentes prandia, cœnas, pecunias, iocalia, aut alias res, etiam ad vsum Ecclesiarum, directè, vel indirectè, ipso iure suspẽduntur à diuinis, à Papa absoluendi. cap. sanè, de Simonia. Sayrus de censuris lib. 4. cap. 13. num. 27. Non incurritur, si recipiatur aliquid absq; pacto, ob consuetudinem, ob antiqua iura, & bono animo. Nau. in Man. cap. 27. num. 106. Emm. Sà, Simonia 2. Vide Verbo Simoniacè recipere.

Regularis professus transire potest ad Religionem laxiorem, ex iusta causa, & de licentia sui Generalis. Ad strictiorem autem cum ipsius Generalis licentia petita, licet non obtenta; hæc enim facilius impetratur. Nauar. cons. 56. 59. 68. de Regular. Siluester, Religio 4. quęst. 2. 4. 5. 6. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Religio 37. 38. 39.

Regulares vtraq; voce priuati ob accessum ad Monasteria Monialium absq; licentia, restitui possunt ad vtramq; vocẽ per Generales, aut Prouinciales. Homobonus cas. reseruat. par. 2. cap. 5. & par. 3. cap. 3.

Regulares afficiuntur excommunicatione per Episcopum lata contra accedentes ad Monialium Monasteria, si ipsi accedant. Homobonus locis præcitatis iuncto cap. 4.

Regulares, & alij Religiosi persoluentes taleas, & collectas sæcularibus, peccant mortaliter, & officijs priuantur; laici vero exigentes, & recipientes sunt excommunicati. Cap. Clericis, de Immunitate in 6. Vide Regulares non tenentur.

Regularis ordinatus ab alieno Episcopo, dum sui domicilij Ordinarius habet ordinationem, excommunicatur edicto per Episcopum ordinantem publicato, in quo dicitur, Nullus accedat, qui sit à iure prohibitus; iste enim ex Decreto Clementis VIII. prohibentis, ne Regulares pro suscipiendis ordinibus aliò se transferre possint, dum Episcopus domicilij est habiturus ordinationes, dicitur à iure prohibitus; adde quod ex eodem Decreto Clementino tenebatur deferre attestationes, quod Episcopus sui domicilij ordinationes non esset habiturus. Suspensus est etiam eo ipso ab ordine suscepto. Nauar. cons. 5, 6. 31. 42. 44. de Temporibus ordinat. Stephanus Quaranta in sũma Bullarij, Verbo ordo. Immo si Episcopus intenderet non conferre ordinem defectum patienti, non esset ordinatus. Nauar. præcitatis consilijs. Emm. Sà Aphor. Confes. Ordo 38. Est etiam Irregularis. Nauar. in Man. cap. 25. num. 72. & cap. 27. num. 24. Cardinalis Toletus in Instr. Sacerd. lib. 1. cap. 30. num. 1. Suarez de Censuris disp. 31. sect. 1. Auila de Censuris par. 7. disp. 9. sect. 2. dub. 6. Siluester, Irregularitas, quæst. 13. cap. 1. de eo qui furtiuè ordinem suscepit. Dominicus

Soto 4. sent.dist.25. quæst. 1. art. 3. Naldus pract. quęst. Verbo Ordo num. 7. Notandum tamen, quod Pontificale iussu Clementis VIII. recognitum, & impressum non habet excommunicationem latæ sententiæ, sed ferendæ; & ideo sic ordinatus, idest cum domicilij Episcopus est ordinationes habiturus, non est excommunicatus, vel suspensus; nisi velimus reducere factum ad titulum de eo, qui furtiue ordinem suscepit, quia furtiue videtur accessisse in fraudem Episcopi domicilij; contra Decretum Clementis VIII. Vide Bullam Vrbani VIII. 11. Decembris 1624.

Regularis Episcopus factus euanescere facit renunciationem factam. Riccius prax. aureæ resolut. 152.

Regulares prædicare non debent in proprijs Ecclesijs, absq; benedictione Ordinarij. Riccius prax. aureæ resolut. 190.

Regulares compelli non possunt ad processiones, quando Conuentus distant à Ciuitate vltra mediũ milliare, Sacra Concilij Congregatio. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 64.

Regulares professionis nullitatem prætendentes, illam probare tenentur coram Superiore Monasterij, in quo professionem emiserunt, & coram eiusdem loci Ordinario. Sacra Concilij Congregatio.

Regulares Eucharistiam in die Resurrectionis ministrare non possunt ijs, qui in hebdomada sancta à suo Parocho communionem non sumpserunt.

Regulares ex Bulla Clementis VIII. erigere non possunt noua Monasteria, possunt tamen erigere noua hospitia. Riccius decis. 652.

Regulares itinerantes, seu extra Cœnobia morantes;

rantes, possunt de licentia sui Prælati confiteri peccata sua cuilibet Confessario Regulari, seu sæculari. Sixtus IV. prout legitur in Compend, priuileg. Passarelli, Vide Regulares copiam.

Regulares Episcopi creati tenentur consignare libros, & alia, quæ habent Religioni suæ. Alexander IV, Ita in Compend, priuileg, mendic. Passarelli.

Regulares dispensare possunt super Irregularitate, sicut Episcopi ipsi, tam à Iure, quam ab homine. Iulius II. post Sixtum IV. Innocent. VIII. & Alexandrum. VI. Ita Passarellus in notandis priuileg. mendic. Vide hunc librum, Verbo Confessarij.

Regulares recursum habere non possunt ad curias sæculares, vel Ecclesiasticas. Passarellus in notandis priuileg. mendic. Vide Recursus ad Curiã.

Regulares in claustro sese percutientes. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 35.

Regulares non possunt esse compatres in Baptismo. cap. Placuit 2.16. quæst. 1. & cap. Non licet, de Consecrat. dist. 4. Dicas, quod textus loquitur de solis monachis, & cum materia sit odiosa, & stricti Iuris, extendi non debet ad alios Regulares. Naldus practicar. quæst. Verbo Religiosus n. 15. vel dicas, Regulares non posse esse Compatres ad Baptismum tenendo, posse tamen esse baptizando.

Regulares Confessarij, an singulis annis accedere teneantur ad Ordinarium, pro confirmatione facultatis audiendi Confessiones. Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo Priuilegia Regularium. Ludouicus Miranda in Man. Prælatorum Regular. quæst. 45. art. 10. Bartholomæus Vgolinus de officio, & potestate Episcopi, cap. 20. de Gubernat.

nat. Regular. num. 6. Confectius in summar. priuileg. mendic. tit. 17. cap. 4. Petrus Martyr in summario Constitutionum ordinis Prædicatorum par. 2. cap. 64. ordinarij vero locorum suspendere non possunt Regulares ab audiendis Confessionibus libere ab ipsis approbatos, nisi ex noua causa, eaq; ad Confessiones spectante; neq; Confessarios vnius conuentus simul suspendere possunt, inconsulta Sacra Congregatione. Romæ 20. Nouembris 1615.

Regulares priuilegiati habent potestatem, & iurisdictionem audiendi confessiones à Papa, ab Episcopo vero approbationem præuio examine. Suarez de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 22. & sect. 8. Gabriel Vasquez de pœnit. quæst. 97. art. 3. dub. 3. num. 3. Henriquez theolog. moral. lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 5. & 8. Ægidius Coninchius disp. de ministro Sacramenti pœnit. dub. 7. num. 49. Emmanuel Rodriquez in expositione Bullæ cruciatæ §. 9. num. 32. dub. 1. Vgolinus de officio, & potestate Episcopi cap. 20. num. 6. Ioannes della Cruz lib. 2. cap. 6. dub. 3. Religiosus subditus, & Prælatus quæst. 1. de obedientia cap. 21. §. 2.

Regulares confessarij approbati ad vnum annũ, vel ad tempus limitatum, tenentur ex rescripto Sacræ Congregationis de anno 1623. transmisso Archiepiscopo Mediolanensi, impetrare facultatis confirmationem audiendi Confessiones. Rodriquez in summa cap. 60. num. 4.

Regulares copiam non habentes Confessarij sui ordinis, possunt confiteri Regulari alterius ordinis, qui tamen sit approbatus à suo Prælato ad audiendas Confessiones. Rodriquez in summa cap. 60. n. 6. Intellige quod sit approbatus à Prælato Confes-

sarij,

ſarij, non autem à Prælato pœnitentis. Vide Regulares itinerantes.

Regulares Romæ commorantes abſoluere non poſſunt exteros illuc accedentes, à caſibus de iure, vel de facto ſuis Epiſcopis reſeruatis. Alibi vero commorantes, & ab Ordinario domicilij facultatem habentes abſoluendi à caſibus reſeruatis, abſoluere poſſunt exteros illuc accedentes, & habentes caſus ſuis Ordinarijs reſeruatos. Nauar. in Man. cap. 27. num. 295. & conſ. 14. de Pœnit. & Remiſſ.

Regularis filius vnius Monaſterij non poteſt cogi contra ſuam voluntatem, vt tranſeat ad aliud Monaſterium eiuſdem ordinis ſine culpa, & cauſæ cognitione. Nauar. conſ. 1. vt lite pendente &c. & commen. de Regularibus. Si vero id fiat abſq; rationabili cauſa, poteſt appellari. Ibidem.

Regulares retinere poſſunt legata ſibi facta, & illis frui de conſenſu ſuperiorum, ſed non perpetuo. Vincentius Francus deciſ. 718. 4. par.

Regulares non tenentur aliquid ſoluere pro refectione murorum Ciuitatis. Sacra Epiſcoporum Congregatio 18. Nouembris 1585. Epiſcopo Ferrariæ.

Regulares mendicantes non tenentur petere facultatem quæſtuandi ab Ordinarijs in eorum diœceſibus. Sacra Epiſcoporum Congregatio Epiſcopo Papienſi.

Regulares omnes iure antiquo ſubiacebant Epiſcopis. cap. 1. 18. quæſt. 2.

Regulares delinquentes circa Monialium Monaſteria, carcerentur per locorum Ordinarios, mox conſignentur ſuis Superioribus. Sacra Epiſcoporum Congregatio 5. Februarij 1585. Patriarchæ

Vene-

Venetiarum. Hodie adest Decretum Sac.Congreg. Concilij idem statuentis, cum approbatione summi Pontif. Vrbani VIII.

Regulares Sacerdotes eiecti non admittantur ad diuina tanquam apostatæ, & incorrigibiles. Sacra Episcoporum Congregatio 10. Martij 1592. Episcopo Mazaræ. Vide hunc librum, Verbo incorrigibiles.

Regulares loqui possunt cum mulieribus laicis existentibus in cœnobijs Monialium; nec Sixti V. obstat decretum. Sacra Episcoporum Congregatio 9. Augusti 1592. Hodie non licet ex decreto Gregorij XV. 1622. 5. Februarij, & ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij approbata ab Vrbano VIII. Pontif. Max. Adest etiam Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium 20. Nouembris 1623.

Regulares Remo damnati, & existentes in carceribus laicis, donec transmittantur ad Remum, non sunt alimentandi à Religione. Sacra Episcoporum Congregatio 18. Octobris 1593. Nuntio Neapolis.

Regulares tempore capituli generalis disputationes facere possunt in Ecclesijs, alijs vero temporibus id non permittatur. Sacra Episcoporum Congregatio 17. Ianuarij 1594. Episcopo Perusiæ.

Regularis in testem vocatus, quæ teneatur reuelare. Religiosus subditus, & Prælatus de obedientia, cap. 16. §. 3.

Regularis an prædicare possit absq; proprij Superioris licentia. Religiosus subditus, & Prælatus, de obedientia cap. 22.

Regularis subditus potest suum Prælatum tanquam

quàm ſuſpectum, etiam viſitationis tempore, recuſare. Religioſus ſubditus, & Prælatus quæſt. 1. de obedientia, cap. 19. §. 1. & 2. An autem poſſit appellare ab illius ſententia. Ibidem cap. 20.

Relapſi, & brachio ſæculari relaxandi compelli non poſſunt ad abiurandum. Primo, quia Eccleſia amplius illis non credit, cum in prima abiuratione ficté, & nō ex corde abiurarint, & prima vice illam deceperint; immo timet, quod ſecunda vice conuerſionis ſigna fraudulenter oſtendant; admittuntur tamen ad Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, non autem ad miſericordiam. cap. ſuper eo, de hæreticis in 6. Vmbertus Locatus, Verbo Relapſi. Si vero pertinaces ſint, & impęnitentes, viui comburuntur. Secundò, non admittuntur ad abiurandum, quia abiurantes iuramento promittunt, quod à vera fide nunquam diſcedent, nec ad errores redibunt. Simanca cathol. inſtitut. Verbo Abiuratio num. 4. & 8. At quoniam hi brachio ſæculari ſunt relaxandi, promiſſa per abiurationem ſeruare non poſſunt. Tertio, quia abiurantes obligant ſe ad hæreticos denunciandos. Pegna com. 42. par. 3. Direct. Inquiſit., quod certe præſtare non poterunt ſæculari brachio relaxati. Quarto, quia relapſi etſi pœniteant, non tamen dicuntur Eccleſiæ incorporari. Canoniſtæ in cap. Accuſatus, de Hæreticis in 6. Quinto, quia abiurantes Eccleſiæ incorporantur, vt ſe corrigant, quod facere nequeunt relaxati brachio ſæculari. cap. ſtatutum, de hæreticis in 6. Sexto, quia ab abiurandum admittitur hęreticus non relapſus. Verba ſunt Repertorij Inquiſitorum,

Verbo

Verbo abiuratio, ergo relapsus non erit admittendus ab abiurandum.

Relapsus dicitur, qui hæresibus abiuratis, de quibus plenè constitit in iudicio, postea receptat, visitat, associat hæreticos, nisi excusatione aliqua possit excusari, cap. Accusatus, de hæreticis in 6. Repertorium Inquisitorum, Verbo relapsus. Pegna comment. 78. 2. par. & comment. 81. 83. 92. 3. part. Direct. Inquisit. Farinacius quæst. 195. Calderinus consi. 2. de hæreticis. Simanca cathol. instit. tit. 57. Royas singul. fidei 172.

Relapsus fictè dicitur, qui nec confessus, nec conuictus de hæresi, abiurauit ob vehementem suspicionem; & post abiurationem non reincidit verè in hæresim, sed in vehementem hæresis suspicionem. Repertorium Inquisitorum, & Pegna præcitatis locis. Farinacius quæst. eadem, num. 3.

Relegati fines exilij frangentes, deportantur. Riccius collect. 1631.

Religionis mutatio, siue transitus ab vna ad aliã. Passarellus in notan. priuileg. mendic. cap. 39.

Religiosum habitum assumens post delictum. Vide Clericatus assumptus, Habitum.

Religiosi hæreticantes grauius puniendi sunt, quam laici. Alexander IV. in Bulla, quod super nonnullis, in fine Direct. Inquisit. cap. Quæsitum, de Pœnit. & Remiss.

Reliquiæ existentes in Cruce aliqua, quæ publicè exponitur, non sunt ab Episcopo recognoscendæ, quia exponitur crux principaliter, non autem reliquiæ. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 43. num. 17.

Reliquiæ vt exponi publicè possint, examinandæ

ſunt,& approbandę ab Epiſcopo, niſi ab Vrbe fuerint approbatę, vel ab Epiſcopo loci, à quo fuerunt abſtractę; tunc enim Epiſcopus loci, in quo retinendę ſunt, & exponendę, poterit cognoſcere, an ſint illę ipſę tantum. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 43. num. 18. 19.

Reliquias Sacras ad collum geſtantes, ſi peccatum committant, non tenentur hanc circunſtantiā confiteri. Sanchez in decal. par. 1. cap. 40. num. 28.

Reliquię non ſunt exponendę, niſi ſint Sancti Canonizati, vel cum facultate Apoſtolica. Sacra Epiſcoporum Congregatio 10. Iunij 1586. Epiſcopo Bitunti. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 43. num. 19.

Reliquię de vno ad alium locum transferri non poſſunt, abſq; beneplacito Sanctę Sedis. cap. corpora Sanctorum, de reliq. & venerat. Sanctorum.

Remedia, quę nec naturaliter, nec ratione naturali, nec ſupernaturaliter, nec ſupernaturali reuelatione, nec Eccleſię Catholicę inſtitutione habent virtutem producendi tales effectus, ſunt ſuperſtitioſa. Nauar. conſ. 5. de ſent. excomm.

Remiſſio ſeu donatio facta à creditore ęquatur ſolutioni, & liberat conſcientiam debitoris. Nauar. conſ. 13. de vſuris.

Renunciatio à regulari facta, ſi fiat Epiſcopus, reuocatur. Andreas Molfeſius conſ. 39. Riccius deciſ. 724.

Renunciatio non eſt inualida, quia profeſſio fuerit dilata, pluſquam per bimenſem, ſi tamen fuerit facta cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij. Sacra Concilij Congregatio.

Renunciatio confidentialis beneficij. Beia reſponſ.

sponſ.caſ.Bononię par. 1. caſu 62.

Reprobari non poteſt approbatio in Confeſſarium ab Epiſcopo facta, niſi ob delictum. Suarez de pœnit.diſp.28.ſect.7.Reginaldus prax. fori pœnitent. lib. 1.quęſt. vltima. Graffius in appendice 1.& 2.tomi lib. 2.cap. 5.num. 15. Confectius, & Hieronymus à Sorbo in Compendio priuileg. mendicantium. Beia reſponſ. caſ. Bononię par. 4. caſu 20.

Res,quę habet originem à contractu,impedit,vt criminaliter procedi poſſit. Menochius conſ.1206. num. 3.

Res perit Domino. Intelligitur, quando nulla interceſſit culpa cuſtodis, vel depoſitarij. Bonac. de contract. diſp. 3. quęſt.6.punct.1.num.21.

Res tanti valet, quanti vendi poteſt. Intelligitur,ſi vendatur intra latitudinem iuſti pretij. Silueſter, emptio quęſt.6.& 20.

Res inuenta incerti domini an retineri poſſit. Petrus Cenedus collect.23.ad Decretum.

Res inter alios iudicata,alijs non pręiudicat.cap. Quamuis,de ſent.& re iudic.Cap.inter dilectos, de Donationibus.

Res corporalis, & verba nullam habent facultatem directe, & per ſe cogendi dęmonem, vt appareat, fugiat, aliquid faciat,aut facere deſinat. D. Thomas 4. ſentent.diſt.7.art.vltimo, & in cap. 41. Iob, lectione 3.

Reſcripta, & priuilegia contra ſtylum curię ſcripta,poſſunt redargui de falſitate. Nauar.conſ. 1. de homicidio, num.5.

Reſcripta contra ius elicita, ab omnibus Iudicibus refutari pręcipiuntur; niſi fortè aliquid ſit,

quod alium non lędat, & prosit peterti, vel crimen indulgeat supplicantibus. cap. rescripta 25.q.2.

Rescripto subintelligendum semper est, si preces veritati innitantur. cap. super literis, de rescriptis.

In rescripto falsa expressio non nocet, si non fuit causa inductiua Principis, quia pariter ea suppressa, literas dedisset; nec apposita fuit clausula restringendi gratiam. Rota decis. 368. Panormitanus cap. significauit, & cap. super litteris, de rescriptis.

Rescriptum vt teneat, nihil debet supprimi, aut exprimi eorum, quę mouere possunt Principem ad concedendum, vel ad negandum. cap. Ad aures, de Prębendis in 6.

In rescripto non attenditur narratio, sed conclusio. Baldus in l. pręscriptione ad fin. C. si contra ius.

Residere tenentur omnes curam animarum habentes, seu beneficia collegiata, non tamen simplicia: nec abesse possunt, nisi per bimensem ex iusta causa, graui, legitima, & cum licentia Ordinarij. Concil. Trident. sess. 6. cap. 2. de Reformat. & sess. 23. cap. 1. Nec supra bimensem potest quis Ordinario inseruire pro secretario, Vicareo Foraneo, aut in Visitatione, ex voto Sacræ Congregationis, prout testatur Riccius in prax. fori Ecclesiastici, de Parochis. Ob infirmitatem spatium quatuor mensium conceditur. Ob inimicitias conceditur annus Parocho, etiam cum prorogatione; conceditur etiam ob aeris insalubritatem. Thesaurus fori Ecclesiastici Leonis par. 3. cap. 2. n. 9. vsque ad 13. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 116.

Restituere non tenentur surripientes aliqua parua, absq; intentione perueniendi ad notabilem quãtitatem, quamuis ad illam perueniant. Nau. cons. 2. de Furtis.

Restituere nullus tenetur cum iactura altioris boni. Nauar.conf.1. de seruis non ordinandis.

Restituere, siue reuelare, qui teneantur. Prax. Archiep.Neapolit.cap.1.2.

Non reuelandi iustam habens causam, nec peccat, nec excommunicationem incurrit. Nauar. conf.3, de censibus, num.6.

Non reuelans delictum nunquam punitur pœna capitis, nisi delictum erat committendum contra personam Principis. Farinacius conf.66. num.17.

Reuelare non tenetur, qui credit, se iustè possidere. Nauar, conf. 3. de censibus, exactionibus, & procurat. & 7. de sent. excomm.

Reuocare si Papa iubeat id, quod factum est, aut immutatum, debet intelligi de eo, quod factum est iniuste, non autem iuste. cap. Audita, de restitut. Spoliorum, & ibi Abbas. cap. causam quæ, de rescriptis. Butrius cap.1. de constitut. in 6.

Reus, vt veritatem fateri teneatur in iudicio, non modo requiritur, vt delictum sit notorium, & plenè, aut semiplenè indiciatum; sed etiam, vt suis interrogatorijs Iudex illi patefaciat, se habere in processu plenam, vel semiplenam delicti probationem. D. Thomas 2.2. quæst. 69. art. 1. & 2. Nauar. in Man. cap. 18. num. 57. & cap. 25. num. 36.

Rei, de iure communi, non interrogantur de socijs, nisi in delictis exceptis, vel ex consuetudine loci. Clarus §. fin. quæst. 21.

Correi dictum contra socium, fungitur officio non testis, sed denunciantis, & indicium facit ad specialiter inquirendum in criminibus exceptis, non vero ad torturam, alia præsumptione non concurrente. Clarus vbi supra.

Correi duo etiam singulares faciunt indicium ad torturā. Clarus vbi supra. Limita si fuerint torti.

Reus vltra horam detineri non potest in tortura, ex Bulla 58. Pauli III, Martinus Rius disquisit. magic. lib. 5, sect. 9.

Reus punitus de aliquo delicto mixti fori ab vno Iudice, potest iterum ab alio Iudice Ecclesiastico, vel laico respectiuè puniri, cum ab vno non fuit sufficienter punitus. Clarus §. fin. quæst. 57.

Reus in causa capitali, & non capitali, sed graui, negare potest delictum non plene probatum, si spes adsit euadendi; non obstante superioris præcepto de veritate dicenda. Homobonus cas. reseruat. par. 3. cap. 4. post multos Doctores Classicos.

Rei in causis fidei torqueri debent super complicibus. Conuicti, & Confessi torquentur pro vlteriori veritate arbitrio Iudicum, ex decreto Pij IV. & Pij V. Farinacius cons. 185. n. 133.

Reus iuridice interrogatus veritatem negans, absolui potest, absq; obligatione præsentandi se in iudicio, ad veritatem detegendam, licet non interrogetur amplius. Id tamen verum est, quando iam fuit absolutus, vel punitus, aut fugiens è carceribus est extra iudicis potestatem. Secundo si adhuc est sub Iudicis potestate, & durat iudicium, non tenetur se præsentare, quia si parti læsæ irrogauit iniuriam, huic satisfacit animo satisfaciendi cuicunq; damno secuto; Iudici satisfacit ob inobedientiam, dolore peccati, & proposito obediendi Iudici iterum interroganti. Tertio si iam damnatus sit ad mortem, vel alia pœna sit plectendus, nisi in aliquo speciali casu notabile damnum alicui tertio sequeretur; sed hic casus moraliter videtur impossibilis.

Sanchez par.1.in Decalogum lib.3.cap.7.num. 12.

Reus timore tormentorum, aut alia ratione sibi imponens falsum crimen, ob quod ad mortem fuit damnatus, non tenetur se retractare, nisi quando spes adest euadendi mortem; vel quando infamia notabilis redundaret in alios: si tamen ex retractatione obuiaretur huic notabili damno; cum in articulo mortis inferendæ damnati non audiantur à Iudicibus. Sanchez loco præcitato.

Reus, nec confessus, nec conuictus, bene torqueri potest, non tamen damnari in pœnam ordinariam mortis. Bossius tit. de conuictis num. 43. Francus decis. 538. par. 4.

Rusticus non interrogatus à Parocho, nec à se ipso confessus numerum peccatorum, nō tenetur ad reiterandas confessiones bona fide factas: sed tenetur ad confitendum numerum verisimilem peccatorum, & Parochus obligatus est ad illum inducendum ad hoc. Nauar. consi.3. de pœnit. & remiss.

S

SAcerdotis officium vsurpantes, vel celebrando, vel confessiones audiendo, subduntur Sanctæ Inquisitioni, & pœna mortis sunt puniendi. Rodriquez quæst. regular. tom.2. quæst.28. art. 2. Nauar. in Man. cap.27. num. 242. Stephanus Quaranta in summa Bullarij, Verbo ordo. Farinacius quęst. 150. num. 85. Ioannes Baptista Confectius in summar. priuileg. mendic. tit.15. cap.5. Concil. Trident. sess. 14. can. 10. & sess. 22. can. 2. & sess. 23. can. 4. Glossa in cap. Pastoralis, de offic. Iudic. ordinarij: & in cap. Fures, de Furtis; & in cap. à nobis 2. de sent. excom.

in Apoſtilla marginis. Flores Direct.Inquiſit.in fine,vbi habes decreta Pauli III. Pij IV. Greg. XIII. Clementis VIII.&c.

Sacerdos obligatus quotidie ad celebrandum ratione capellaniæ, intelligi debet ſalua conſcientia,& honore ipſius Sacerdotis,& ſaluo cultu,& veneratione tanto Sacramento debita; quia ſi fuerit legitimè impeditus, vel nequeat rem Sacram Religioſè facere, de iure non cogitur quotidie celebrare. Canoniſtæ in cap.Significatam, de præbendis. Nauar.in Man.cap.25.num.134.& conſ.7.& 25.de Præbendis. Azorius inſtitut. moral. par. 1.lib.10. cap.24.quæſt.7.Emmanuel Sà Aphor.Confeſ.Miſſa 46. Riccius deciſ. 220. par. 2.Margarità caſuum conſcientiæ,Verbo Miſſa.

Sacerdotes omnes, vbi dicitur in Canone Miſſæ (& Antiſtite noſtro) nominare debent Epiſcopum loci,quia eſt caput Sacerdotum omnium,tam ſæcularium,quam Regularium, vt habetur in cap. Non minus,& cap.Aduerſus,de Immunit. Eccleſiarum. Nauar.in Man.cap.25.num. 110. Azorius inſtitut. moral. par. 1. lib. 10.cap.34.Emmanuel Sà Aphor. Confeſ.Miſſa 41.

Sacerdos electus ad celebrandum in certo Sacello,vel Altari,rem Sacram alibi faciendo,mortaliter peccat,nec ſatisfacit intentioni fundatoris; quia non ſeruat pactum, & promiſſum in re graui. Azorius loco præcitato,quæſt. 8. Nauar. conſ. 14.n.10. de teſtam.

Sacerdoti,ieiuno tamen, licet pluries in die celebrare, ex diſpenſatione Sanctæ Sedis, vel ex vrgentiſſima cauſa. Azorius vbi ſupra. Prax. Archiep. Neapolit.cap.79.

Sacerdos non celebrans ter saltem in anno, videlicet in diebus Paschæ, Pentecostes, & Natiuitatis Domini, mortaliter peccat, quia Sacerdotalem dignitatem, quam habet, videtur contemnere. Azorius vbi supra.

Sacerdos simplex de mandato Papæ confirmationis Sacramentum conferre potest. D. Thomas 3. par. quæst. 72. art. 11. & communiter Theologi, & Canonistæ exceptis Scoto, Durando, Adriano, Gabriele, & Maiore, vt notat Valentia tom. 4. disp. 5. quæst. 2. punct. 1. Non tamen ex commissione Papæ Sacrum ordinem conferre poterit, quamuis Innocentius VIII. hanc dederit potestatem Abbatibus Cistercienfibus. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quæst. 18. art. 3. Abbates aliqui in Gallia vtuntur priuilegio conferendi Sacros Ordines, vbi Concilium Tridentinum non fuit receptum, in quo præcipitur, Sacros Ordines per solos Episcopos conferendos esse. Rodriquez vbi supra.

Sacerdotem indignum ad Sacramenta ministrāda inducere possumus in duobus casibus. Primus est, quando tanquam minister ad id tenetur; nemo enim peccat petendo actum à suo debitore sibi debitum. cap. Intelleximus, de Iudicijs. Et cap. si vere, de sent. excomm. Secundus est, quando subest necessitatis articulus ex parte petentis, cum illo egeat; & minister paratus est ad Sacramenta ministranda. Nauar. de Pœnit. dist. *6*. cap. 1. §. Sacerdos num. *6*.

Sacerdos in peccato mortali existēs peccat exercendo spiritualia Ordini Sacro annexa, quæ in se sancta sunt, & consecrata, quorum administratio ratione consecrationis competit soli Ecclesiæ ministro: Si vero alia exerceat spiritualia, vt in choro legere,

gere, cantare, epistolam tamquam laicus canere, in articulo necessitatis vt laicus baptizare, non peccat si hæc præstet cum modestia, & humilitate: si autem cum scandalo, superbia, & contemptu hæc efficiat, peccabit lethaliter. Prædicandi vero actus quamuis diuina lege non sit alicui ordini deputatus, est tamen de lege canonica deputatus. cap. Cleros dist. 21. Nauar. de Pœnit. dist. 6. cap. 1. §. Sacerdos num. 2. vsq; ad 10. & quamuis super hoc non habeamus præceptum specialiter expressum, & datum; tamen implicite à Sacris Auctoribus viua ratione est collectum: fit namq; grandis Deo, Ecclesiæ, & Sacramēto irreuerentia, cum indignus se ministrum facit, exigentibus Sacramentis ipsis, non ex opere operato, sed ex opere operantis bonitatem necessariò in ministro. Qui vero probabiliter putat se contritum, etiamsi coram Deo Reus sit spiritualis mortis, non peccat, vel Missando, vel ministrando. Vbi supra.

Sacerdos, vt idoneus sit, sufficit, quod legere sciat, cantare, & verba illius idiomatis construere, in quo est Missaturus. Glossa 1. Clementinæ 1. de concessione Præbendæ. Vide Verbo Regulares ad Sacros.

Sacerdos Regularis vel sæcularis solennizans matrimonium absq; licentia Parochi, est eo ipso excommunicatus. Clementina 1. de Priuilegijs, & ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de Reformat. est à diuinis suspensus; Nec excommunicatio per Concilium fuit sublata. Nauar. cons. 1. de Pœnis. Vide Verbo Regulares præsumentes.

Sacerdos si celebrando non consecret panem, & vinum, eò quod sit in mortali peccato constitutus,

vel non habeat ante [illegible] hostiam consecrandam; & ideo extrahit particulam consecratam (vulgo vn communichino) è tabernaculo; & verba consecrationis proferat, non super hostiam, quam eleuando ostendit populo; sed super eadem particulam consecratam, potest per Inquisitores contra illum procedi. Vide Lucernam Inquisitorum, Verbo Sacerdos, cum annotationibus Pegnæ; Nauar. de oratione Miscellaneo 88. & ita fuit decisum in Congregatione Sancti Officij Mediolani 30. Aprilis 1627.

Sacerdotes Sacram Communionem recipientes, ex præcepto Concilij Bracharensis debent circa collum habere orarium, idest stolam. cap. Ecclesiastica 23. dist. Cardinalis Toletus instruc. Sacerdot. lib. 6. cap. 16. num. 4. Hieronymus à Sorbo in Compend. priuileg. mendic. Verbo Eucharistia.

Sacerdos Regularis peccatum incontinentiæ cōfitendo, non tenetur fateri, se esse Regularem professum; sufficit autem si dicat, Sum Sacerdos, vel Regularis professus, & hoc ratione vinculi Castitatis. Megala institut. Confes. lib. 5. cap. 11. num. 3. Homobonus autem cas. reser. par. 2. cap. 4. videtur contrariam sequi sententiam.

Sacerdos celebrans, nec consecrans an pro hæretico sit habendus. Petrus Cenedus collect. 98. ad Decretales.

Sacerdotis abiurantis materia. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 53.

Sacerdos sortilegus suspenditur per annum ab Altaris ministerio. cap. 2. de sortilegijs. Sed in cap. si quis Episcopus 26. quæst. 5. supenditur perpetuò.

Sacerdotes, & Clerici in Sancto Officio pœnitentijs publicis non sunt puniendi, ob dignitatem, &

ne fidelium grex scandalizetur. Intellige tamen, vbi leuia sint delicta; in grauioribus enim puniendi sunt publicè & ipsi. Simanca cathol. instit. tit. 47. num. 74. 75.

Sacramenta non recipiens, vel prout alij Christicolæ non viuens, ieiunando videlicet, sacramenta recipiendo, &c. suspectus est de hæresi. Farinacius tomo 2. cons. decis. 22.

Sæculares Regularium Monasterijs seruientes, & ibi commensales, possunt peccata sua confiteri Confessarijs approbatis à Prelato Regulari tantum, ex voto Sacræ Congregationis concilij.

Salomon damnatus creditur, ex communi Doctorum sententia, quamuis D. Hieronymus credat illum saluum. Aluarez de auxilijs lib. 5. disp. 42. num. 4.

Sancti ab Ecclesia canonizati sunt in gloria. D. Tho. quolib. 9. quæst. 7. art. 16.

Satisfactio à Confessario imposita, & in peccato mortali facta, habet ex opere operato effectum remittendi statim pœnam temporalem peccatis correspondentē, quę primò, & per se non confertur ad remouendum impedimentum gloriæ, sed ad liberandum peccatorem, ne sit obnoxius illi penę; nec peccat in mortali statu illam adimplendo, quia peccatur ponendo obicem gratię Sacramentali, quando confertur primariò per aliquam actionem Sacramentalem, non autem quando confertur secundario. Vel dicas, satisfactionem Sacramentalem in peccato mortali factam esse validam ex communi sententia, quoad satisfaciendum præcepto Confessarij; quo verò ad satisfaciendum Deo pro pœna temporali præteritis, & confessis culpis debita, ya-

let

let etiam,sed non confert effectum operanti,durante illo statu mortali, sed tantum obice sublato, idest quando homo redierit in statum gratiæ. Megala instit.Confes.lib.6.cap.5.num.10.& 11.

Schedulam alterius peccata continentem reperiens, peccat euulgando peccata in ea contenta, & illam legendo. Nauar.de pœnit.dist.6.cap. Sacerdos num.8.9.

Scripta magica comburi possunt à possidente. Direct. Inquisitorum par. 2. quæst. 43. Ibidem Pegna comment. 68. ex Bulla Ioannis XXII. Retinentes vero sunt excommunicati. Vide scripturæ combustio.

Scriptura à scribente recognita, etiamsi sit priuata,contra ipsum probat. Farinacius cons.25. num. 11.

Scripturarum duarum repugnantium, ab eodem Notario confectarum eadem die, & productarum vtri sit credendum. Riccius collect. 1632.

Scripturæ deperditæ probantur per testes,etiam quando probatio per easdem est de substantia.cap. cum essemus, de Priuileg.Et testes debent esse plures. Glossa,& Canonistæ ibidem. Riccius collect. 1589.

Scriptura priuata,manu testatoris ad pias causas legantis facta,& Parocho consignata, vel Confessario,vt illam præsentet hęredi,inducit obligationem in foro conscientiæ,vt hæres teneatur ad legata pia implenda:& hoc iure naturali,& fortassis etiam diuino, quia certissime constat de voluntate testatoris. Couarruuias cap. Relatum,de Testam. n.2.3. & 12.Nauar.cons.2.8.& 11. de Testam. Siluester, Testamentum 5. Hæreditas 3. quæst. 7. legatum

quæst.

quæst. 10. Nauar. conf. 18. de Hæreticis. cap. 1. 2. & cap. scriptum, de fide instrumentorum iunctis Glossa, & Canonistis. Menochius conf. 224. & de arbitr. iudic. casu 496. Beia respons. cas. Bononiæ par. 1. casu 53. Farin. Rotæ Rom. decis. 238. Bonacina de contract. disp. 2. quæst. 1. puncto 3. propos. vnica n. 13. negat de legatis profanis; sed num. 17. affirmat de legatis Pijs, scilicet disp. 3. quæst. vlt. punc. vlt. propos. 2. n. 5.

Scripturæ minus solennes recipiunt robur ab obseruantia subsecuta. Prax. Curiæ Archiep. Neapolit. cap. 100. n. 3.

Scripturæ combustio, siue laceratio semper præsumitur facta dolo, & animo veritatem occultandi, quia esset nociua; & oppositum probari debet, non per præsumptiones, sed per clarissimas, & concludentes probationes. Farinacius conf. 43. n. 25. 26.

Senectuti compatiendum est, & commiserendum. dist. 86. cap. 80. Riccius collect. 1623.

Senectus dicitur ab anno 50. completo, vsq; ad 70. Farinacius quæst. 92. num. 22.

Seniores intelliguntur ætate, non moribus, & hi iunioribus semper sunt præferendi. Riccius decis. 704.

Sensus quatuor Sacræ Scripturæ, qui, & quales sint. D. Thomas quolib. 7. quæst. 6. art. 15.

Sententia lata contra ius non valet. Intelligitur quando est lata contra ius clarum, non autem contra ius obscurum, dubium, subtile, & infrequentatum. Nauar. conf. 20. de vsuris, num. 7.

Sententia lata contra non citatum, vel non legitime auditum, est ipso iure nulla. cap. Nos in quemquam 2. quæst. 1. & Clementina Pastoralis §. Cæte-

rum;de re iudic.etiamsi ab Imperatore, vel à Papa sit lata. cap. 1. de causa possessionis, & propriet. Rodriquez quæst.regular.tomo 1. quæst. 23.art.3.

Sententiæ definitiuæ datæ, nihil potest addi, minui, mutari, nec potest reuocari per eumdem Iudicem ordinarium, vel Delegatum. Rodriquez quæst. regul.tom.1.quæst.23.art. 5.

Sententiã contra laicum latam non potest exequi Iudex laicus contra Ecclesiasticum hæredem. Andreas Molfesius consf.19.

Sententia declaratoria excommunicationis contractæ potest ad tempus suspendi. Riccius decis. 191. par.2.

Sententia differri potest, si Reus fuerit infirmus, donec conualescat. Franciscus Pegna comment. 22.par.3.Direct.Inquisit.Menoch.de arbitr. Iudic. casu 325.Petrus Cenedus collect. 17. ad 6. Decretalium. Si Reus fuerit in Sancto Officio, poterit in casu mortis à quouis Confessario absolui ab omnibus casibus, & censuris. Concil. Trident. sess. 14. cap. 7.

Sepulcra violare quid sit, & quæ pœna statuta violantibus. Farin.quæst.20.n. 155. Clarus §. fin. quæst.68.Nauar.cons.54. de sent. excomm. Menochius de arbitr.Iudic.cas. 387. Vide extrauagantes de sepulturis.

Sepulturam Pater eligere potest filio minori 14. annis, dummodo id fiat viuente filio, non autem post illius mortem. Sacra Episcoporum Congregatio 27. Octobris 1587. Vicario Fulginati.

Sepulturæ electio est actus pertinens ad vltimam voluntatem. Canonistæ in cap. licet, de sepulturis in 6.

Sepelire

Sepelire in suis Ecclesijs Regulares possunt omnes sepulturam apud illos eligentes, nec ab aliquo impugnari potest electio sepulturæ, sub obligatione restitutionis omnium damnorũ. Clem. Dudum, de sepulturis, & cap. 1. 5. 6. & 10. de sepulturis. Item cap. 1. 2. & 4. de sepulturis in 6. Si vero constitutione prouinciali caueatur ab Episcopo, vt nulli concedatur sepultura absq; ipsius Episcopi licentia, hæc constitutio non ligat Regulares exemptos. Nauar. cons. 2. de sepulturis.

Seruus siue sit iure gentium, siue emptione, siue alio modo, liberatur per baptismum à seruitute Dęmonis, non tamen sui Domini. Siluester, seruitus 3. 4. 5. Emmanuel Sà Aphor. Confes. seruus. Compend. operum Nauar. Verbo eodem.

Siclus sanctuarij 20. obolos habet, & est semiuncialis. Siclus vulgaris est dimidio minor, & duas tantum habet drachmas, quadrantem vnciæ pendet, & decem obolis hebraicis valet.

Signa quę fiunt frequenter à personis idiotis, pręcipuè vero à quibusdam vetulis ad infirmitates tollendas, vel ad gratias obtinendas: si causæ adhibitæ non habent virtutem naturalem ad producendum talem effectum, nec de virtute supernaturali legitime constat, nec de dispensatione Ecclesiastica, censendum est tale opus esse superstitiosum, & ex pacto tacito cum Dæmone inito, comparari effectum intentum. Nauar. in Man. cap. 11. n. 34. & cons. 1. de sortileg. & 5. de sent. excomm.

Idem erit dicendum, cum causa fuerit sufficiens ad effectum producendum, nihilominus adhibetur etiam circumstantia aliqua vana, tanquam necessaria, nimirum vt sacra nomina scribantur tali hora,

tali carta, tali figura, & talibus caracteribus; vel cum nomina sunt ignotæ, aut obscuræ significationis; vel caracteres sunt ignoti, tunc enim ad Dæmonem illos intelligentem referuntur. Item cingulo metiri, vimen findere, aperire arborem, supra certam herbam vrinam emittere, lienis morbos secare. Nauar. in Man. cap. 11. n. 32. Vel quando effectus est vanus, videlicet vt sacris verbis moueatur annulus; diuina enim virtus inutilia non operatur, nec virtus supernaturalis præsumitur, nisi ostẽdatur. Sãchez par. 1. in Decal. cap. 40. num. 39. Item cum incerta, falsa, & apocripha inseruntur, vt si dicatur; Christus habuit febrem; Dęmon namq; tanquam Pater mendacij delectatur maxime hujusmodi. Nauar. in Man. cap. 11. n. 25. Item si quis applicet causam in loco ita distanti à passo, vt iuxta veram philosophiam impossibile sit, causam operari in obiectum adeo distans; hęc enim fiunt, & assumuntur, non vt causæ effectuum producendorum, sed tanquam signa, non diuina; quia nec sacramenta sunt, nec Sacramentalia; sed veluti signa pacti cum Dæmone initi. Diuus Thomas 2. 2. quæst. 96. art. 2. 3. 4. Nauar. in Man. cap. 11. num. 25. 31. 32. 34. Sanchez in Decalogum par. 1. lib. 2. cap. 40. num. 9. 22. 43. 44. & ideo nunquam est tribuenda aliqua virtus supernaturalis rebus quibuscunq;, nisi id trahi possit, & deduci ex Sacra Scriptura, vel ex diuina reuelatione. Sanchez loco præcitato num. 44. Nauar. cons. 1. n. 4. de sortilegijs.

Si dicatur; fortassis Deus reuelauit alicui sancto viro talem virtutem inesse talibus verbis, & rebus. Respondetur quandiu non habetur probatio legiti-

ma

ma de tali reuelatione, tutior pars est necessario amplectenda, videlicet vt abstineamus ab his signis & vtenti incumbit reuelationem probare, nec interim vtentes sunt absoluendi. Idem Sanchez n. 44, post Lessium, Gersonem, Suarezium, & Martinum del Rio. Nauar. in Man. cap. 11. num. 25. Si enim Deus hæc reuelasset, non vetulis deliris, & hominibus ignorantibus, & vt plurimum corruptis moribus, sed Sanctis potius, & viris pijs hæc manifestasset. Nauar. in Man. vbi supra. Sanchez vbi supra num. 22, & 39.

Quid ergo dicendum de vtentibus numeris vt putà nouem, vndecim, duodecim, triginta &c. in Missis, candelis, & orationibus? Respondetur, non esse damnandum certum numerum, & vsum Missarum, candelarum, & orationum, quando numerus tendit, & dirigitur in memoriam alicuius mysterij, vt nouem in honorem mensium, quibus Christus fuit in vtero Beatissimæ Virginis. Numerus 11. in honorem vndecim millium Virginum. Numerus 12. in honorem duodecim Apostolorum. Numerus 30. in honorem D. Gregorij. Si tamen Missæ nudentur omni vana circumstantia: & numero non ita certo fidatur, vt nec augeri, nec minui sit licitum, aliàs quod opus non sit profuturum. Item candela oblata eiusdem longitudinis, cuius est offerens, credi debet, quod maioris, vel minoris longitudinis prodesse possit, quodq; magis proderit aucto numero, vel longitudine, quia plus offertur; aliter enim si crederetur, factum superstitione non careret. Sanchez vbi supra num. 37. & 40.

Talia ergo exercentes suntne tolerandi, excusandi, vel potius damnãdi? Respondetur, quod si cõsilium

lium petant, dicendum est nullo pacto hæc illis licere: si vero commodè extirpari possint, sunt prorsus extirpanda. Nauar. in Man. cap. 11. n. 36. Sanchez loco præcitato num. 31.

Sed quid de signis, benedictionibus, orationibus, & exorcismis per passionem Christi &c. per merita Beatissimæ Virginis &c. Per intercessionem Sanctorum &c. quæ omnia absq; vanitate, & superstitione à quibusdam exercentur? Respondetur, talia facientes non peccare mortaliter, hunc tamen vsum omnino esse interdicendum, quia his, & alijs Sacramentalibus rarissime vtuntur, nisi personæ viles, ignorantes, & frequenter malæ vitæ, quæ multa vana, & superstitiosa sępissime intermiscent. Si vero personæ hæc exercentes prudentes essent, & honestę conditionis, & vitę, prout sunt Sacerdotes, Religiosi, & laici excellentis vitæ, de quibus in Oppido haberetur bona existimatio, nec timeretur, quod aliæ personæ non adeo probatæ vitæ, exemplo earum similibus verbis, & Sacramentalibus vterentur, tunc non esset illis interdicendus talis vsus. Nauar. in Man. cap. 11. n. 36. & Sanchez num. 39. loco pręcitato, post alios Doctores, quos ibi recēset.

Tādē si solis orationibus licitis absq; vana aliqua circumstantia vtantur, supplicantes Deo, vt prosint medicinæ naturales, quas morbo applicant, nō sunt opera superstitiosa; quia pium est talem effectum à pijs Deo orationibus petere. Sanchez vbi supra.

Nec est illicitum in floribus, herbis, fructibusue colligendis, aut animantibus custodiendis, verbis sacris, & precibus vti, vt morbi, vitia, & quicquid aduersi, aut mali habent ab eis auferātur; dummodo spes non collocetur in aliqua vanitate, vt in literis,

teris,

teris, aut in ipsis nudis nominibus, sed in Deo. Sanchez num. 33. loco citato.

Nec erit illicitum in die Sancti Ioannis Baptistę herbas colligere, vel bestijs causa sanitatis, certo die festo sanguinem minorare, si sanctorum meritis hæc abscribantur directè, atq; Deo Sanctos honoranti tribuatur effectus. Sanchez num. 31.

Si vero dubium sit, an effectus à causa naturali proueniat, eo quòd non constet, num causæ naturalis vires excedat, necne, censendum est, effectum à causa naturali potius prouenire; quia cum agentium naturalium vires innumeræ nos latitent, non est cur effectum illum causæ naturali negemus; nec absq; necessitate ad miraculum, vel ad occultam boni, aut mali Angeli operationem confugere debemus, prout docet D. Augustin. lib. 14. cap. 24. de Ciuit. Dei. Sanchez vbi supra num. 44.

Si autem constet, effectum causæ naturalis vires excedere, censendum est in dubio, effectum esse superstitiosum, & à Dęmone prouenire, etiamsi verba adhibita sint sacra, nisi maxima operantis sanctitas, vel alia vrgentissima indicia suadeant, effectum à Deo procedere, vel à bono Angelo. Sanchez num. 44. post D. Thomam, Angelum, Siluestrum, Armillam, Tabienam, Simancam, Suarezium, Lessium, Sayrum, & Toletum ibidem citatos. Vide Martinum del Rio disquisitionum magicarum lib. 3. vbi ad saturitatem de hisce rebus agit.

Simonia est dare, aut aliquid facere, vt amoueantur impedimenta ad obtinendum beneficium, quæ quis iuridice opponere potest. Nauar. in Man. cap. 23. num. 101. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Simonia 3. Idem dicas de mediatoribus. Siluester, Simonia,

q.18.Lessius de Iust.& Iure lib.2.cap.35.dub.25.

Simoniam esse recipere prandia &c.pro Religionis ingressu,quomodo sit intelligendum. Graffius de quinq; casibus reseruatis. cap.9.n.33.34.35.36. Vide Verbo Regulares in receptione.

Simoniacus absoluendus,non est compellendus, vt moneat complicem ad pœnitendum, & ad restituendum. Nauar. cons. 2.de Simonia.

Simonia probatur præsumptionibus,& coniecturis. Farinacius decis.18. Rotæ Rom. Nauar. cons. 28. de Simonia.

Simonia non est dare pecuniam alteri,vt desistat à lite, vbi lis sit de re spirituali;si tamen dans certus sit,se ius habere:si vero daretur habenti ius,pro redimenda ab eo iusta lite,esset Simonia. Si vero non sit certus, sed dubitat,illum habere ius, non potest dare,si beneficium annexam habeat clauium potestatem,quia videtur pecunia data pro potestate illa spirituali. Siluester, renunciatio quæst.6.

Simonia non est dare, vel accipere alia ratione, quam pro pretio quærendi spirituale. Nau.in Man. cap.23.num.100.& cons.28. de Simonia.

Simoniacus non est procurans, & impetrans beneficium alicui sub spe, quod erit sibi gratus, si nec promissio, nec pactum intercesserit. Nauar. cons. 33. de Simonia.

Simoniæ mediatores sunt excommunicati. Siluester,Simonia quæst.18.Nauar.cons.29.& 59. de Simonia.Lessius de Iust.& Iure lib.2.cap.35.dub.25.

Socius potest assecurare capitale consocij, mediante assecurationis contractu, ita vt minus lucri recipiat socius, cui fit assecuratio, ob periculum, quod assecurans in se suscipit. Siluester, negotia-

tio,

tionum.4.& Societas num.2.& fideiussor num.14. Nauar.in Man.cap.17.num.253.258. & de Vsuris, num.32.Cardinalis Tolet. in instruct. Sacerdot. lib. 5. cap. 30. & 41. Molina de contract. tom. 2. disp. 417. Canonistæ in cap. Per vestras, de donat. inter virum, & vxorem. cap. Pleriq; & cap. vsura 14. quæst.3.D.Thomas 2.2.quæst.78.art.2.

Societatis materiã tradit Farinacius decis.Rom. 137.180.Cauagnolius lib.2.decis.consultiuarum, decis. 84.85.86.

Societatis excessus probari potest. Farin. decis. 137.t.2.cons.& lucri inæqualitas permittitur vni ex socijs habenti maiorem partem sortis, vel industriæ in ipsa societate.

In societate assecuratio lucri dubij videtur potius venditio, quæ de se est licita, sicut venduntur fructus incerti agri, & vineæ; & quilibet socius potest,si vult,pati inæqualitatem, titulo vel sanguinis, vel affinitatis,vel amicitiæ, vel liberalitatis. Molina de contractibus disp. 415. cum Reginaldo; & vnus potest dicere consocio; Da mihi capitale saluum,tibi enim dabo tantum,& nihil aliud quæras. Molina vbi supra; Bulla vero Sixti V. quæ incipit, Detestabilis &c. damnat assecurationem ex vi societatis,non ex vi eiusdem, vel alterius contractus: & ita dicitur respondisse Cardinalis Toletus, qui à secretis erat eidem Sixto V. immo ex proemio Bullæ,ac discursu patet, Sixtum V. voluisse prohibere contractus palliatos contra dispositionem iuris communis, nouas pœnas addendo. Farin,tomo 2. consil. decis. 180.

Socij criminis plures, in criminibus exceptis torti faciunt indicium ad torturam,sed nunquam con-

uincunt, Limita ad pœnam ordinariam. Farin. qu. *62*.num.83. Socius vero criminis tortus cum adminiculo, facit & ipse indicium ad torturam in criminibus priuilegiatis. Farinacius quæst.43.num.*39.* *40.69.*75.*89.99*.101.125.145.154.*168*. Item qu. *37*.num.16.& *62*.

Socij criminis depositio adminiculata pluribus præsumptionibus vrgentibus, sufficit, vt Iudex ommissa tortura procedat ad pœnam extraordinariam. Farinacius quæst. 43.n.*76*.

Socij criminis admittuntur in testes, quando factum de sui natura est tale, vt alij nec interuenerint, nec regulariter interuenire potuerint, ita vt veritas per alios haberi non potuerit; secus autem si *alij* interuenire potuerunt. Farin. quæst.*43*.num.77.

Socij duo criminis, & duo infames indicium faciunt ad torturam. Clarus §. fin. quæst.21. Intellige tamen si fuerit torti.

Sodomita Clericus deponitur, & in arctum Monasterium detruditur, ad agendam pœnitentiam. Bulla Pij V. quæ incipit: Horrēdum illud scelus &c.

Sodomita laicus excommunicatur. cap. Clerici, de excessibus Prælatorum. cap. vt Clericorum mores, & cap. Infames *3*. quæst.7.

Sodomiæ vitium quomodo sit puniendum, & an ab ordinaria pœna aliquo modo sit excusandum. Farinacius quæst.*92*, num.32.84.85.101. 108. *163*. *165*, *166*. 171. Item quæst.147.num.*61*. *62*. *64*. *76*. 77.*79*.80.150. Item quęst.145, num.146. Item cons. 25. in additione littera R. & cons.*66*. Clarus §. fin. quæst.*60*. Menochius de arbitr. Iudic. casu 2*86*. Rodriquez quæst. regul. tom.2. quæst.2*9*. art.2. Riccius decis.352. Homobonus cas. reseruat. par.2. cap. 4.

Solli-

Sollicitatæ mulieres in Sacramento pœnitentiæ, non sufficit quod deponant, se sollicitatas fuisse, nec quod ad sui fauorem habeāt iuris pręsumptionem, nimirum, quod bonæ sint vocis, & famæ; sed id constare debet positiuè per assumptas informationes super bona earum qualitate. Franciscus Pegna comment. 124. 3. par. Direct. Inquisit. Leo Thesauri fori Ecclesiastici par. 3. cap. 6. num. 35. Ludouicus Paramus de origine Sancti Officij quæst. 10. num. 159. Huius sententiæ fuit etiam D. Papirius Cattaneus Regius Senator, & Sancti Officij Mediolani Consultor.

Sollicitans in Confessione mulierem qua pœna sit puniendus, habetur in cap. Non debet 30. quæst. 1. Lopez in additione prax. Diaz. Henriquez in summa theolog. moral. de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 14. §. 8. Antonius Sanctarellus, de Hæresi cap. 44. Ex Decreto supremæ Congregationis, & de stylo Sancti Officij, Confessarij sollicitatores, præmissa tortura in forma, hoc est super intentione, & super vlteriori veritate, abiurant de vehementi coram Congregatione, & alijs Confessarijs, mox damnātur ad Remum per quinquenniū, vel septennium: quæ quidem locum habent, quando Rei conuicti sunt, vel confessi.

Solutiones sunt faciendæ iuxta valorem monetæ currentis tempore contractus, non vero tempore solutionis. Purpuratus cons. 522. Vide hunc librum Verbo Pecuniæ.

Solutio certæ quantitatis pecuniæ in tali nummorum specie, nulla constituta illorum æstimatione, potest fieri in eo genere, quod viget tempore solutionis. Comitolus respons. moral. lib. 3. quæst.

44.Nauar.conſ.3.de ſolut.Item mutuans pecuniam aureum, ſi cum mutuatario conueniat, vt auream pecuniam reſtituat, tenetur mutuatarius talem reſtituere. Azorius inſtit.moral.par.3.lib.4.cap.35. Vaſquez in opuſc. de reſtitutione cap. 11.num. 1. Silueſter,ſolutio quæſt.3. Michael Salonius de contract.tract.de Cambijs quæſt.4.controu.4.num. 1. Bonacina de contract.quæſt.7.propoſ.3.num.5. Vide hunc librum Verbo Pecuniæ.

Sortilegia quæ, & qualia ſint. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 5. Grilenzonius conſ. 116.117.Pegna par.2.Direct.Inquiſit.comm.67.

Sortilegia manifeſtam ſapiunt hæreſim, quando adeſt abuſus Sacramentorum, vel Sacramentalium. Pegna comm.67.2.par.Directorij Inquiſit.

Sortilegi puniendi ſunt, vel anathemate, vel exilio, vel dignitatum ſuſpenſione, vel carcere, vel fuſtigatione, vel detruſione in Monaſterium. cap. Illud, & cap. Admonet 26.quæſt.5. & 7. Pegna com. 67. par. 2.

Spolia in bello capta ſunt militum, ſi bellum ſit iuſtum, legibus iuſtitiæ ſpecialis. Nauar.conſ. 16. de homic.

Spoliatus ante omnia non reſtituitur, quando paſſus eſt cauſam agi, & tractari in petitorio. Menochius conſ. 1255. num.2.3.4.5.

Sponſalia de futuro tolluntur mutuo diſſenſu. Congregatio Concilij. Tolluntur etiam affinitate ſuperueniente per copulam illicitam. Eadem Congregatio Concilij. Copula vero ſuperueniente non tranſeunt in matrimonium, ex Concilio Tridentino.

Sponſalia metu contracta. Menoch. conſ. 1255.

Spon-

Sponsalia qui iam contraxit, quando ad matrimonium sit cogendus. Riccius collect. 1740. Nauar. in Man.cap.16.n.16.17.18.& consf.6.de Voto.

Sponsalia fictè contracta, & solo animo extorquendi copulam, nimirum sub hac forma; Promitto tibi,me non aliam ducturum in vxorem,quam te; obligant promittentem in foro conscientiæ, non ad illam dotandam tantum, sed ad matrimonium per verba de præsenti contrahendum; Tum ratione maximi damni illati. Tum ratione fortissimi vinculi iustitiæ commutatiuæ. Tum quia vsus est verbis consuetis inducentibus promissionem, & copulæ extorsionem. Quod si mulier vidua esset, & copula non esset subsequta, si tamen notabilem passa fuisset famæ iniuriam,adhuc teneretur ducere.Nauar.in Man.cap.16.num.16.17.18.& consf.1.& 48. de sponsalibus. Sanchez de matrim.tomo 1. lib. 1. disp.10.44.45.& 49.Emmanuel Sà Aphor. Confess. Promissio 5. & restitutio 14. Ludouicus Beia cas. disp.Bononiæ par.1.casu 18.Farinac.decis.73.Rotæ Romanæ cap.Tua nos,de sponsalibus:& cap. ex litteris 1. tit. eodem.

Sponte ad Sanctum Officium venientes, nullis præuenti indicijs, secretò, & non publice, etiamsi sint hæretici,sunt reconciliandi,& à solis Inquisitoribus reconciliantur, nullo facto verbo in Congregatione Sancti Officij; nisi dubium sit, quo abiurationis gradu abiurare debeant. Franciscus Pegna comment.65.2. par. Direct. Inquisit. & comment. 12.par.3.Simanca cathol. instit.tit. 13.num.22.23. & tit. 47.num. 27. Vmbertus Locatus in Prax. Inquisit.Verbo Absolutio. Farinacius quæst. 186. n. 12.& quæst.192.num. 52.

Sponte venire proprie ij dicuntur, qui ante cęptam inquisitionem, & ante receptas probationes, humiliter accedunt, confitentur, & veniam petunt. Illi vero sponte confiteri dicuntur, qui citati, sed nulla interrogatione Iudicis expectata, libere fatentur, vel etiam interrogati promptè, & plenè fatentur delicta. Farinacius quæst. 81. cap. 5. Pegna comment. 25. & 65. 2. par. Direct. Inquisit. & comment. 12. par. 3.

Sponte veniens ad Sanctum Officium, & nullis prçuentus indicijs seipsum denuncians, meretur impunitatem tam de iure, quam de stylo Prætorij; si tamen integrè euomat tam contra alios, quam contra se, alias detecta fictione, puniri potest. Simanca in Enchiridion tit. 51. de absolutione: & de cathol. institut. tit. 47. num. 48. Vmbertus Locatus prax. iudic. Inquisit. Verbo Absolutio. Farinacius quæst. 81. cap. 5. & quæst. 193. num. 103. & num. 28. Pegna loco præcitato.

Sponte etiam dicitur venire ad pœnitentiam, qui post receptas probationes venit. Farinacius quęst. 193. num. 103.

Statuta laicorum ligant Clericos, quoad bona patrimonialia, & actiones reales, præsertim quando statuta fuerunt edita ante clericatum assumptum. Menochius cons. 1252. num. 9. 16. Oppositum verius de iure, & ita in praxi.

Statutum Ciuitatis, siue Principis, quo masculus fœminam excludit, debet intelligi respectu bonorum existentium sub dominio Ciuitatis, vel Principis ita statuentis, non autem respectu bonorum in alterius Principis dominio sitorum. Menochius cons. 1253. num. 38.

Statutum

Statutum Episcopi non ligat nisi eius subditos. cap. vt animarum periculo, de constitut. in 6. & cap. a nobis 1. de sent. excomm. & cap. sicut nobis; de supplenda negligentia Prælatorum: & cap. Frater noster 16. quæst. 1.

Statutum non ligat extra territorium statuentis. Suarez de legibus lib. 3. cap. 32. & lib. 4. cap. 19. n. 5.

Statuta per Sanctam Sedem cõfirmata quid operentur. Passarellus in notand. priuileg. mendic. cap. 25. & 26. Vide Verbo Papa confirmando.

Statuta locorum, quando per Priuilegium derogata intelligantur. Passarellus in notandis priuileg. mendic. cap. 9.

Statuta laicorum, quibus præcipitur, vel damnatur id, quod iure naturali fieri debet, vel non debet, seruanda sunt ab Ecclesiasticis, via directiua, non autem coërcitiua. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1. Duardus in Bullam cęnę casu 15. quæst. 19. num. 89.

Statuere non possunt laici contra Ecclesiam, seu contra Ecclesiasticos, ex defectu iurisdictionis. cap. 2. de Foro competenti.

Statutum, quod Clerici conueniantur coram Iudice laico, est contra libertatem Ecclesiasticam, quia fit iniuria toti ordini Clericali. cap. Inolita 11. quæst. 1.

Statutum contra libertatem Ecclesiasticam requirit, vt directè ex se, idest ex intentione statuentis, & ex materia ipsa lædatur Ecclesia, vel ordo Clericalis. Suarez in Bullam cęnę, casu 15. Caietanus in summa excommunicat. 31. Nauar. in Man. cap. 27. num. 119. 120.

Statuta laica seruãda sunt ab Ecclesiasticis, quã-

do

do nullum Ecclesiæ præiudicium inferunt; & apparet iusta, & rationabilis causa, ob quam statuentes moti sunt ad ita statuendum, licet Ecclesijs, & Ecclesiasticis fauendum sit. cap. Peruenit 11. quęst. 1. Cauendum est tamen, ne turbetur laicorum iurisdictio, aut ex toto confundatur. cap. Nouit. de Iudicijs: & cap. licet, de foro compet. Nauar. cons. 1. de sent. excomm. num. 5. Salonius t. 2. de censibus art. 3. controu. 4. num. 2.

Statutum disponens de rebus, & personis Ecclesiasticis, nullum est ob iurisdictionis defectum. cap. fin. de Rebus Ecclesiæ non alienandis: & cap. 2. de foro competenti. Si vero nullam de rebus, & personis Ecclesiasticis faciat mētionem, & simpliciter prohibeat contractum, illiusq; obseruantia multum Ecclesiæ præiudicet, non tenet statutum. Si verò parum, aut nihil præiudicet, tenet. Siluest. immunitas 2. quæst. 5.

Statutum prohibens contractum sub quadam forma, & qualitate, verbi gratia quod non valeat donatio nisi fuerit Prætori insinuata, vel quod fiant proclamata; si qualitas ipsa de facili sit obseruabilis, & respiciat contractum laicum, & non contractum ad Ecclesiasticum forum spectantem, vt sunt contractus decimæ, & piorum legatorum; tunc statutum non est contra libertatem, & seruari poterit ab Ecclesiasticis. Siluester, immunitas 2. quæst. 5.

Statutum, quod bona transeant à laicis in Ecclesiasticos, cum oneribus suis, fideiussionem præstando de soluendis perpetuis oneribus certis, & ordinarijs, non est contra Ecclesiasticam libertatem; quia de iure canonico bona transeunt cum oneribus suis. cap. sancitum, de censibus, & cap. secun-

dum

dum Canonicam 23. quæst. vltima.

Statuta, & consuetudines rationabiles seruandæ sunt etiam in foro Ecclesiastico. Felinus in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constit. Bartolus in l. cunctos populos C. de summa trinit. & fide catholica. Calcaneus cons. 7. num. 15. Duardus in Bullam cœnæ can. 15. quæst. 19. n. 122. Prax. Archiep. Neapolit. cap. 12. & 92.

Statutum laicorum, videlicet vt non subditi gaudere non possint suis priuilegijs, non derogat libertati Ecclesiæ, si nullam facit mentionem de personis Ecclesiasticis. Canonistæ in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 1. cap. 13. quæst. 4. Quia aliud est priuilegium non concedere, id enim fit absq; alterius iniuria; aliud vero est derogare, vel minuere alterius libertatem, quia sine iniuria hoc fieri non potest.

Statutum erit contra libertatem Ecclesiasticam, si dicatur, quod à iudicibus Ecclesiasticis oppressi, recurrant ad Iudices sæculares, pro iniuria propulsanda. Duardus in Bullam cœnæ. can. 15. quæst. 19. num. 30.

Statuitur in genere, cum obligantur omnes cuiuscunis ordinis, & conditionis. Statuitur in specie, cum nominantur Ecclesiastici, vel eorum bona.

Statuta specialem mentionem facientia de emphyteusi, & de Colonis Ecclesiæ, si per illa nimium grauentur, inualida sunt; quia tacitè, & indirectè afficitur Ecclesia, eo quod Coloni vel retrahuntur à conducendis Ecclesiæ bonis, vel saltem coguntur ad ea conducenda viliori pretio. Duardus in Bullam cœnæ can. 15. quæst. 27. num. 1. & 2.

Statutum, vt Iudex ciuilis causas possit ad se

auocare, quando Superiores Ecclesiastici negligenter se gerunt, est contra libertatem Ecclesiasticam. Duardus vbi supra quæst. 19. num. 81.

Statutum, quod Prælati conuocentur à laicis, & illis præcipiatur, vt Ecclesiasticam conseruent libertatem, est contra immunitatem Ecclesiasticam; non autem si tantum illos adhortentur. Duardus ibidem num. 82. Suarez de censuris disp. 21. sect. 2. num. 78.

Statutum, quo prohibetur alienatio stabilium in Ecclesiasticos, in Ecclesias, & pia loca, est contra libertatem Ecclesiasticam: non autem si prohiberetur alienatio in extraneos, nullo verbo facto de Clericis. Duardus ibidem, num. 83. 84. Nauar. cons. 4. de constit. tit. 2.

Statutum 312. Mediolani, Si vidua dotem non suscepit &c. intelligendum est, si sponte non susceperit, cum ab hæredibus mariti compelli non possit ad suscipiendam dotem, & ideo non recepta dote potest alimenta petere. Carpanus super eodem statuto. Tum quia ex causa potest statui in præiudicium singularium personarum, prout etiam in eorum fauorem. Felinus in cap. cum omnes, de constitut. Tum quia lege, statuto, vel consuetudine potest licitè, & salua conscientia ob bonum publicum derogari iuri priuatorum. Couarruuias Regul. peccatum par. 2. §. 11. num. 8. Molina disp. 118. Emmanuel Sà Aphor. Confes. bellum 4. Tum quia Respublica pro bono publico potest rem vnius dare alteri, nec idcirco sunt facile damnanda statuta, quod scilicet iniqua videantur, & vsuraria. Emmanuel Sà, Verbo Respublica, num. 2. Tum quia vera legis interpretatio elicitur ex fine, qui intimus est legi, &

ex

ex legiſlatoris voluntate, quæ eſt intra legem. Nec propterea cenſenda eſt vidua vſuraria, quia nec dedit mutuum, nec pro mutuo petit, nec interuenit pactio, ſed ex cauſa, & ex Principis liberalitate recipit quid amplius, quam ſit ipſa dos: & quamuis id proueniat cauſatiuè ex præambulo fundamento pecuniario; non tamen præcisè, quia habet originem à Principis clementia. Azorius inſtitut. moral. par. 3. lib. 1. cap. 2. Farinacius deciſ. 129.

Stercorans fores alicuius tenetur pęna libelli famoſi. Farinacius quæſt. 105. num. 293. 294. 295. & 430. 431. 469. Item conſ. 30. num. 3. 25. 27. 28. 67. 125. 215.

Studentibus ſunt concedendæ aliquæ exemptiones à ſeruitio chori, vt ad literas melius incumbant, ad quas Superiores poſſunt illos cogere. Religioſus ſubditus, & Prælatus, de obedientia cap. 21. verſic. 7.

Stultus ex D. Thoma 2. 2. quæſt. 46. art. 1. ad 1. eſt qui deficit in ſumma iudicij, videlicet ſecundum altiſſimam cauſam, non autem ſi deficiat circa aliquid modicum.

Stuprum puniri poteſt per Eccleſiaſticum Iudicem, quando fuit commiſſum ab Eccleſiaſtico, & etiam quando commiſſum fuit à laico ſine vi: cum vero commiſſum fuit cum violentia, puniri poteſt per ſolum Iudicem laicum. Farinacius quæſt. 147. num. 53, & quæſt. 8. num. 20.

Subditus Epiſcopi delinquens in loco exempto, non incurrit excommunicationem ab eo latam. Riccius prax. aureę reſolut. 176.

Subditi non tenentur obedire Prælatis præcipientibus, vel exigentibus aliquid contra tenorem

sui priuilegij. cap. sanè, de excessibus Prælatorum.

Subornatores in electionibus Regularium incidunt in excommunicationem Pij V. Rodriquez q. regular. tomo 2. quæst. 56. art. 1.

Subreptione, vel precibus falsis impetrata, nullum afferunt supplicantibus remedium. cap. Dicenti 25. quæst. 2.

Suffragiorum ordinis participationes. Passarellus in notandis priuileg. mendicant. cap. 22.

Superiori, seu Vicario generali insultans, qua pœna sit puniendus. Riccius prax. aureæ resolut. 132. Vide Vicarium generalem percutiens.

Superiores Regulares mittere possunt ad generale capitulum aliquem sui loco, ad electionem faciēdam, nisi tamen per regulam, vel constitutionem à Sancta Sede confirmatam, id sit eis vetitum. Sacra Concilij Congregatio.

Superiori alium superiorem Regularem non recognoscenti, asserenti se aliquid facere ex iusta causa, non creditur, nisi de illa constet; si tamen id facere nequeat sine causa. Nau. cons. 56. de Regular.

Superior recipere non potest Monachū, vel Oblatum absq; consilio conuentus. Nauar. cons. 12. de Voto.

Superior Religiosum percutiēs correctionis gratia, per laicum, est excommunicatus. cap. Vniuersitatis, de sent. excom. Nauar. excusat percutientes per laicum ignorantia huius canonis, cons. 42. & 54. de sent. excomm. & in Man. cap. 27. n. 73. & cons. 1. de Priuileg. Salonius de Contractibus par. 2. quæst. 77. art. 1. controu. 8. num. 11. Homobonus cas. reseruat. cap. 7. Nauar. cons. 3. de celebrat. Missarum, & cons. 85. de Regular.

Superior

Superior omittens facere id, ad quod tenetur, compellendus eſt,non à capitulo, ſed à ſuo ſuperiore,vt illud agat. Nauar. conſ. 2. de his quæ fiunt à Prælatis.

Superior poteſt Religioſum fugientem vbicunq; capere,etiam extra proprium territorium, & literis apud ipſum repertis priuare, eaſq; legere. Poſſunt tamen Religioſi agere,petere,ſcribere,& literas accipere ſuper accuſatione Superioris, ſine illius conſenſu; id tamen verum eſt in his tantum,quæ fiunt iuridicè in neceſſitatem Monaſterij, & vtilitatem. Nauar. conſ. 33. de ſent.excommunic.

Supprioris officium non vacat per mortem Prioris, vel ob illius excommunicationem, quia non à Priore recipit ſuam poteſtatem, ſed à iure. Nauar. conſ.12. de electione.

Suſpectus vehementer de hæreſi,vel torquendus eſt, vel purgatio canonica indicenda, quæ tamen hodie receſſit ab Aula,vel compellendus eſt ad abiurandum. Franciſcus Pegna comment.14. & 75. 2.par. Direct.Inquiſit.& comm.39. & 40.3.part.

Suſpicio vehemens oritur ex Dæmonum inuocatione,cultu,& reſponſis. Pegna comment. 24.3. par. Direct. Inquiſit.

Suſpicio vehemens eſt coniectura probabilis ex certo ſignó proueniens,quæ alio non adducto habetur pro veritate. Pegna comment.80.2.par.Direct. Inquiſit.

Suſpicionem vehementem pariunt illa indicia, quæ facile,& frequenter ſolent hæreſim ferre ſecū; ſed perſonarum, & cauſarum circumſtantiæ ſunt plurimum attendendæ. Pegna comment.81.2.par. Direct.

Suſpecti

Suspecti vehementer de hæresi, si moriantur, non potest contra eos inquiri, vel contra hæredes, quia suspiciones vehementes extinguuntur morte. cap. Porrò, de hæreticis in 6. Simanca cathol. instit. tit. 46. num. 77. Pegña comment. 169. 3. par. Direct.

Suspensio ab Ecclesiæ ingressu non tollit introitum omnem in Ecclesiam, sed eum tantum, qui deseruit ad officia diuina celebranda. cap. is qui, de sent. excomm. in 6. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 14.

Suspensio propter notorium concubinatum tollitur ipso iure per pœnitentiam, Nauar. cons. 66. de sent. excommunic.

Suspensio à diuinis est priuatio officiorum, quæ ante suspensionem habebantur, pertinentium ad septem ordines Ecclesiasticos, & septem horas canonicas. cap. Si quis Episcopus 11. quæst. 3. & cap. 1. de sent. excomm. in 6. potest tamen suspensus confiteri peccata sua, communicare, canonicas horas recitare, sacris assistere, cantare in choro, sine solemnitate baptizare, priuatam mensam benedicere; quia hæc, & similia non deputantur speciali alicui ordini à iure, constitutione, vel consuetudine; & quilibet Christianus habet potestatem ad hæc. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 20. art. 14.

Suspendens aliquem à diuinis, nisi id in scriptis faciat, & expressa causa, suspensionem ab ingressu Ecclesiæ incurrit. cap. cum medicinalis, de sent. excommunic. in 6. Sayrus de Censuris lib. 4. cap. 2. num. 14. Auila de censuris par. 3. dub. 1. concl. 4. Limita nisi inteligeret illum non suspendere, sed expellere à choro tantum. Limita secundo, quod in foro conscientiæ requiritur, vt suspendentes habeant

scien-

scientiam huius canonis, & quod temerariè id agant. Tum quia in textu sic dicitur; Temerarius violator &c. Tum quia sine dolo nulla contrahitur censura. Nauar. in Man. cap. 27. num. 8. & cons. 54. & 62. de sent. excomm. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Verbo Suspensio §. suspensi ipso iure, n. 3.

Suspensio à iure lata, & Papæ non reseruata potest absolui ab Episcopo. Nauar. cons. 3. de ætate, & qualit. ordin. & cons. 42. de tempor. ordin.

Suspendens verbo sine scriptura punitur suspensione. Si suspendat in scriptis, præsumitur à diuinis suspendere. Si verbo tantum, præsumitur solam prohibitionem facere. Nauar. cons. 62. de sent. excommunic.

Suspensus, & interdictus simpliciter ab officio an incurrat irregularitatem, non solùm Missam celebrando, sed etiam ordinibus minoribus vtendo, quoad actus proprie eis deputatos; quidam aiunt, quidam negant. Nauar. cons. 28. de sent. excommunic.

Suspensio ab ingressu Ecclesiæ potest ferri in vniuersitatem, capitulum, & conuentum. cap. quia sæpe, de electione in 6. Non censentur in tali casu suspensi singulares capituli, nisi sint culpabiles. Nauar. in Man. cap. 27. nu. 165. & cons. 22. de sent. excommunic.

Syndicari nullus potest nisi deliquerit in officio. Farin. cons. 5.

Synodo Regulares non tenentur interesse. Sacra Concilij Congregatio.

T

TAciturnitas veri de iure exprimendi, quod retraxisset Principem à dispensatione concedenda, reddit gratiam subreptitiam. Nauar. conf.4. de homic.

Tactus, qui ex obiecto, & ex sui natura non sunt impudici, & libidinosi, vt amplexus, & oscula, non sunt pecata mortalia. D. Thomas 2.2.quæst. 154. art.4. Summistæ, Verbo tactus, oscula, & impudicitia. Limita si fiant intentione libidinosa, mortalia sunt, etiamsi fiant ob solam delectationem sensus, quæ percipitur ex tactu, absq; animo luxuriæ; quia est contra naturam vti actibus istis institutis, tanquam medium ordinatum ad prolis generationem. Hinc fœmina, quę more patrię ob beneuolentiam, agnationem, vel familiaritatem cognoscit, à iuuene libidinosè se tangi, tenetur se retrahere, si in secreto id fiat, etiamsi tactus ex se libidinosi non sint, quia tenemur euitare peccatum proximi. Azorius instit. moral. par.2. cap. vltimo: & propterea fœmina benè ornata exiens è domo sine iusta causa, & credens se ab aliquo fore concupiscendam libidinosè, peccat mortaliter. Idem dicas de fœminis nudas mammillas ostendentibus, si mala intentione id faciant, non autem si more patrię tantum. Azorius loco pręcitato. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Verbo ornatus. At verò visus, auditus, & verba cum à natura non sint ad coitum ordinata, non sunt peccata mortalia. Limita si absit mala intentio, vel periculum probabile incidendi in aliquam luxuriam, & partes visæ non sint pudendę.

Azorius instit.moral.par.2.lib.12.cap.18.& par.3. lib.3.cap.25.& 26. Comitolus responsorum moral. lib.4.quæst.20.

Talentum templi capit 120. libras; profanum verò, quo hebræi vulgò vtebantur, capit libras 60. tantum.

Tangere vasa Sacra possunt laici. Vide Vasa Sacra.

Tenere notat, & importat temporis continuationem, adhoc vt quis dicatur contrahere censuram, ob retentionem armorum. Et idem intelligitur per illa verba, habitare, & morari. Siluester, excommunicatio 9. quæst. 38. num. 73. & quæst. 24. num. 53. Nauar. cons. 10. de tempor. ordinat. Vide Habitare.

Terminus à lege, vel à Iudice præstitutus ad probandum, si labatur, & quis in termino produxerit exemplum instrumenti non probantis, sed termino lapso producat originale, tunc dicitur probatio in termino facta. Menochius cons. 1247. num. 23.

Tertiariæ Virgines, & Mulieres. Passarellus in notand. priuileg. mendic. cap. 23.

Testamentum ad pias causas valet, dummodo adsint duo testes; etiamsi non sint masculi, nec adsit Parochus, nec adeatur hæreditas, vel deficiat alia iuris positiui solennitas. Post Siluestrum Comitolus respons. moral.lib.7.quæst.6.num.7.

Testamenti dispositio per scripturam facta non valet, nisi scriptura ipsa sit perfecta. Nauar. cons. 18. de hæreticis.

Testatorem voluisse dispositionem suam iuri cõmuni esse conformem, præsumendum est. Menochius cons. 1246.

Testator in dubio præsumitur voluisse grauare hæredem, minus, quam fieri potest. Menochius conf. 1251. num. 5. Bonacina de contractibus disp. 3. quæst. vltima, puncto vltimo, propositione 2. n. 7.

Testatoris voluntas euidens illa dicitur, quæ colligitur ex coniecturis. Abbas conf. 68. 2. par.

Testatoris voluntas coniecturata idem operatur, quod expressa. l. si seruus plurim. §. fin. de legatis.

Testator dicens; Volo quod schedula manu mea scripta, & ad Caium missa, sit meum testamentum, dicitur perfecte disposuisse. Menochius de arbitr. Iudic. cas. 496. Comitolus respons. moral. lib. 7. qu. 1. num. 9. Siluester, Testamentum 5. hæreditas 3. quæst. 7. legatum quæst. 10. Emmanuel Sà Aphor. Confes. legatum 51. & Testamentum 4. 11. 19. Vide Hæredes, & Verbo legatum laicum, & ad piã causã.

Testatoris præceptum pœnatum non adimplens, quando excusatur à pœna. Farinac. decis. Rom. 53.

Testatoris voluntas interpretanda est coniecturis non captiosis. Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 6. 13. num. 4. & quæst. 14. num. 9.

Testator volens, quod vni tantum credatur de illius mente edocto, non auditur, nisi aliæ concurrant coniecturę verisimiles. Couarruuias in cap. cum tibi, in fine de testam. Nauar. conf. 2. & 11. de Testamentis; & conf. 18. de hæreticis. Comitolus loco præcitato quęst. 6.

Testatoris intentio colligenda est ex casu superueniente; nimirum si testator cogitasset, pręsumendum est, quod ita disposuisset, & talis mens attendi debet. Siluester, Testamentum 1. quæst. vlt. Comitolus respons. moral. lib. 7. quæst. 8. num. 4. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 2. num. 7. Nauar. Miscell. 92. de Orat.

Testis

Testis veritatem non dicens, timendo probabiliter ex suo testimonio sibi aliquod damnum temporale, vel spirituale, honoris scilicet, personæ, vel bonorum, non peccat mortaliter. Nauar. in Man. cap. 25. num. 50.

Testis, qui tacendo veritatem, est causa, vt Reo non publicentur bona, non tenetur restituere fisco id, quod ad eum peruenisset, si Reus fuisset damnatus. Nauar. in Man. cap. 25. num. 51. & cons. 1. de iniurijs, & damno dato.

Testis si deponat, se vocem alicuius cognouisse, constare debet, quod illi esset maximè nota. Clarus §. fin. quæst. 21.

Testis de nocte debet depónere, quod luna lucebat, vel aderat lumen accensum, alias reprobatur à seipso. Clarus vbi supra.

Testibus domesticis est maxime credendum, quando agitur de his, quæ secreto aguntur, & alijs non possunt esse cognita. Menochius cons. 1255. num. 32. Farinac. decis. 51. Rotæ Romanæ.

Testum nomina non sunt publicanda Regularibus in eorum causis criminalibus. Constitutiones Augustinianæ par. 3. de officio Visitatoris. Oppositum docent Victorinus Auersanus de modo procedendi in causis Regularium, cap. 7. num. 8. Franciscus Ghislerius, de Iudice Regularium cap. 11. num. 24.

Testibus asserentibus se corruptos, nón creditur, nisi subornatio concludenter probetur. Farinacius decis. 119. Rotæ Rom.

Testes falsi in Sancto Officio, ex inueterata consuetudine damnantur ad Remum; quia grauius in hoc, quam in alijs Prætorijs offendunt innocen-

tes, qui licet vt tales aliquando absoluantur, nihilominus semper eis obijcitur; quod in hoc Tribunali fuerint inquisiti; facilius enim, & promptius ad testimonium perhibendum in hoc se exponunt, quia eorum nomina nunquam publicantur, neq; Consultoribus ipsis. Franciscus Pegna comment. 122. 3. par. Direct. Inquisit. Vide Bullam Leonis X. in fine Directorij.

Testis priori dicto, & non posteriori standum est; etiamsi vtrumq; sit iuratum, nec dictum secundum caret suspicione subornationis. Limita quando ex manifestis indicijs apparet, testem non odio, vel leuitate, non precibus, aut pretio, sed iusta decausa testimonium correxisse, tunc erit standum secundo dicto. cap. Accusatus, de Hęrericis in 6. Farinacius quęst. 188. num. 82. vsq; ad 100. Martinus Rius disquisit. magic. lib. 5. sect. 5. num. 6. Nauar. cons. 1. de confessis. Riccius collect. 569.

Testes, vel Rei si tempore mortis dicant, se aliquem falsò grauasse, illorum dicta non sunt attendenda. Tum quia rarò sub mortem æquè benè constant mente, prout antea, quando confessionem ratificarunt. Tum quia vehementer sollicitantur importunitate eorum, qui fuerunt grauati, vel qui admonent de salute animę. Tum quia ista confessio est extraiudicialis, & prior iudicialis, quę omninò est attendenda, & confessio non perseuerans habetur pro nulla, si tamen reuocetur ante latam sententiam, & non post latam. Quod si dicatur, morientem præsumi memorem æternę salutis. Limita; id verum esse, cum est animo imperturbato, & est sibi bene pręsens, Neq; dictum morientis sufficiens est, vt quis torturę subijciatur. Farin. decis. Rom. 163.

163. & Martinus Rius loco pręcitato num. 5.

Testibus duobus de iure canonico creditur ad pias causas. cap. Relatum, de Testamentis.

Testi vnico, quantęcumq; sit dignitatis, non creditur in foro exteriori. cap. cum à nobis; de testibus. Nauar. cons. 11. de testam. num. 8.

Testis dicens, se nihil scire de facto, super quo est interrogatus, si postea ex interuallo rediens vult super illo testificari, non est audiendus. Rota decis. 19. de Testibus.

Testis, incontinenti, & non ex interuallo potest petere, vt sibi legatur suum examen. cap. Præterea, de testibus cogendis. Farinacius decis. Rom. 41.

Testes singulares non probant in actu non iterabili, vt in homicidio &c. probant tamen in actu iterabili, vt in Adulterio: licet .n. non probent vnum Adulterium; probant tamen plenè, illum, de quo quæritur, esse Adulterum. Farinacius cons. 25. num. 57. & Rotæ Rom. decis. 261.

Testes pauperes probant. Farinac. quæst. 57. Menochius de arbitr. Iudic. casu 95. 96.

Testis affectatus, seu affectionatus repellitur. Farinacius quæst. 60. num. 21. 33. & 39.

Testium dicta diuersa sunt attendenda, dummodo conueniant in substantia facti. cap. Nihil obstat, de verborum significat. Farin. quæst. 64. n. 148. & 212. & quæst. 65. num. 20. 22. 29.

Testes deponentes quæ sunt facti, & cernuntur sensu corporeo, non tenentur reddere rationem sui dicti. Farinacius quæst. 70. num. 6. 25. 93. 96. 97.

Testis interrogatus, an aliquid sciat, si præsens non fuerit, sed tantum audierit, iurare potest se nescire. can. Testes 3. quæst. 9. Sanchez in Decalog.

par. 1. lib. 3. cap. 7. num. 5.

Testis iuridice interrogatus, & negans veritatem de delicto alterius, non tenetur se præsentare Iudici ad veritatem manifestandam, sed satisfacit, damnum restituendo eo modo, quo potest. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 3. cap. 7. num. 8.

Testis vnus de visu, iuncta fama publica, facit plenam probationem. Farin. Rotæ Rom. decis. 48. Limita quoad pœnam extraordinariam.

Testis varij dictum non est reprobandum, quando in vno, & eodem examine, non studiose proferendo errauit, sed incontinenti se correxit; secus autem si correctioni suæ interuallum interposuit. cap. Præterea, de Testibus cogendis. Oppositum videtur sentire Farinac. cons. 39. num. 6. & decis. 41. Rotæ Romanæ.

Testis, qui non est omni exceptione maior, non facit indicium ad torturam. Bossius tit. de Inquisit. num. 65. Si vero illius dictum alio adminiculo coadiuuetur, tunc facit indicium ad torturam. Bossius, tit. de Indicijs, num. 14.

Theologi in Episcopatibus, an Canonistis sint præferendi. Petrus Cenedus collect. 51. ad Decretum. Cabrera tom. 3. in 3. p. quęst. 67. art. 2. disp. vnica.

Theologus collegiatæ tenetur per seipsum legere. Concil. Trident. sess. 5. cap. 1. de Reformat. Nihilominus ex causa legitima, & cum dispensatione Episcopi potest per substitutum legere. Panormit. in cap. cum M. Ferrariēsis, de Constit. cap. Peruenit, 2. de Iureiurando. cap. Scripturę, de Voto. Clementina, quia contingit, de Religiosis domibus. Si vero extaret legitima, & prescripta consuetudo legendi

gendi per substitutum poterit, & ipse. cap. cum dilectus, & cap. cum M. Ferariensis, de Constitut. Compend. operum Nauar. Verbo lector. Attendenda tamen esset lex posita in fundatione, quia hæc inducit formam iuris, cuius ommissio vitiat actum. cap. quæritur 22. quæst. 2. Felin. in cap. cum Dilecta, de rescriptis: & ad hoc propositum facit, quod labore diminuto, etiam salarium minuitur. Felinus in cap. cum Olim, de re iudic. Vacare nihilominus potest à lectione tribus mensibus Iulij, Augusti, & Septembris.

Timor cadens in virum constantem excusat à censuris, & à præceptis Ecclesiasticis, quando imminet vitæ periculum; quia non est credendum, piam Matrem Ecclesiam voluisse filios suos obligare cum tanto periculo. Limita, si censuræ, & præcepta non inuoluant ius naturale diuinum. Beia responsi. cas. Bononiæ par. 3. casu 23.

Sine titulo iusto nihil retineri potest, quia est contra præceptum septimum Decalogi. cap. fin. de præscription.

Tonsor die festo vni, aut alteri tondens barbam, non peccat mortaliter; peccabit autem si pluribus tondeat. Nauar. in Man. cap. 13. num. 9.

Tori separatio quando concedatur, ob sæuitiam viri. Farinacius decis. Rom. 39. 131. 135. 156. 193. 250. 371.

Tortus in tortura sustinens, ob non probatum crimen, est absoluendus. Limita, si fuerit sufficienter tortus. Farinacius quæst. 185. num. 127. 128. & quæst. 188. num. 163.

Torqueri debent Rei in causis fidei, pro vlteriori veritate habenda, & super complicibus etiamsi

sint

sint conuicti,& confessi, ex Decretis Pij IV.& V.

Tortura si inferatur citra praeiudicium confessi, aut conuicti, talis protestatio,& reseruatio tunc locum habet, quando tortura infertur super alia materia, quam super ea,de qua Reus, vel confessus est, vel conuictus; alias protestatio nihil valet; quia si Iudex in tortura interroget Reum super eo, de quo est confessus, vel conuictus, tunc vel nullus, vel saltem minimus relinquitur pęnę locus. Farinacius quaest.40.ad saturitatem. Bossius tit. de confessis num. 29.

Tortura Reo illata non tollit probationes in toto, sed eas debilitat. Farinac.cons.25.num.*69*. *Limita*, id verum non esse, quando datur citra pręiudicium conuicti, vel confessi. Farin.ibid.num. 50. Bossius tit. de confessis; num.28. 29. Tollit tamen indicia.

Tortura pro vlteriori veritate, & ad habendos complices, debet esse leuis, & moderata. Farinacius cons. 106. num. 6.

Tortura potest inferri completo anno 14. sed leuis esse debet. Farinacius cons.106.num.7.

Tortura vt inferatur, sufficit minus indicium, quam semiplena probatio. Fallit regula in fama, quae de se indicium est fallax, & remotum. Clarus §.fin. quaest.21.

Turca an inuadi possit,& occidi a priuato. Cardinalis Tolet.in tract.de septem pecc.mort.cap.45.

Tyrannus an occidi possit impune. Cardinalis Toletus in Tractatu de septem peccatis mortalibus cap.45. Emm.Sa Aphor. Confes. Tyrannus 2. Azorius instit.moral.p.3.lib.2.cap.2.q.1.Bonac.de contractibus disp. 2.q.vlt.pun.3.

Tyrannum in gubernando, illicitum est occidere; si vero sit Tyrannus quia Regnum tyrannicè possideat, & præcisa vi sit admissus, licitum erit cuicumq; illum occidere. Rodriquez in summa cap. 137. concl. 3.

V

Vasa Sacra tangere possunt laici, & in Sacris non constituti, dummodo id agant reuerenter, & non in contemptum. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 2. cap. 45. num. 26.27. Emm. Sà Aphor. Conf. Verbo Sacra num. 3.

Velle facere, & obligare se ad faciendum diuersa sunt. Nauar. cons. 1. de Voto, & voti redempt. n. 2.

Venditor quando teneatur emptori manifestare defectum rei venditæ. Siluester, emptio quæst. 6. & 20.

Venditor tenetur certiorem facere emptorem qualitatis rei, & vitij specialiter ei inhęrentis. Menochius cons. 1241. num. 36.

Venditio cum pacto, vt pro pretio non soluto census annuus soluatur, est vsuraria. Nauar. cons. 11. de emptione, & vendit. & cons. 5. 32. 34. 35. de vsuris.

Venditio simulata quibus arguatur coniecturis; & quando contractus dicatur vsurarius. Farinacius decis. Rom. 68. 71. 99.

Venditor nec peccat, nec ad restitutionem tenetur, tacendo vitium rei venditæ occultum, quod emptori non est damnosum, vel occasio periculi; quamuis conijciat, emptorem non empturum, si id sciuisset. Limita dummodo pretium commensu-

retur

retur rei vitiosæ. Beia respons. cas. Bonon. par. 1. casu 64.

Vendentes fucos, cartas, & venena, quibus credunt probabiliter emptores male vsuros, peccant mortaliter, quia peccato illorum consentiunt. Nauar. in Man. cap. 17. num. 195. & cons. 6. de Pœnit. & Remiss. Beia respons. cas. Bononiæ par. 2. casu 15. Azorius instit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 18. quæst. 9.

Vendentes carnes, & alia ad vsum humanum, vendere possunt diebus festis aperto modicum ostio, in mane, vsq; ad horam Missę maioris, & prędicationis; abstineant tamen tempore diuinorum officiorum. Idem dicas de Molitoribus oliuarum, & granorum, quę possunt introduci die festo in Ciuitatem, prout alia comestibilia, sed post Missas completas. Sacra Episcoporum Congregatio 10. Februarij 1595. Episcopo Monopoli. Farin. Rotæ Rom. decis. 327. 360. Nauar. cons. 3. de empt. & vendit.

Vendens merces rogatus, potest carius vendere, quia varijs periculis se exponit. Salonius, de censibus art. 3. controu. 10. n. 5. in fine.

Venditor ob residuum pretij non soluti, quamuis emptori dilationem fecerit ad illud soluendum, potest tuta conscientia petere, recipere, & retinere fructus, ratione residui nondum soluti: Hos enim recipit, non principaliter propter dilationem, nec propter interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, nec propter pœnam, vel moram saltem regularem; sed ob ęquitatem, quia nemo locupletari debet cum iactura alterius. Retinere etiam potest rem venditam, non tanquam dominus perfectus, sed tanquàm pignus pro residuo pretij non soluti, nec id est vsu-

ra, quia hęc non committitur nisi in mutuo, sed est ęquissima iacturæ compensatio. Nauar. conf. 5. & 18. de Vsuris.

Vendi merces possunt pluris rigoroso pretio ob dilatam solutionem, tum ratione lucri cessantis ob non solutam pecuniam, quæ iterum implicaretur; tum ratione periculi, eo quod tempore debito emptor fortasse non erit soluendo, & ita venditor damnum subibit. Nauar. in Man. cap. 23. num. 82. 83. Emmanuel Sà Aphor. Confess. Venditio 7. Rodriquez in summa cap. 85. par. 2. num. 3. 4. Antonius Naldus practic. quæst. Verbo vendere num. 10. Nauar. in Man. cap. 17. n. 211. & conf. 20. de Vsuris, & conf. 30. Siluester, Vsura 2. quæst. 1. Incertitudo enim, vel dubium perdendi facit, vt aliquis contractus censeatur iustus, qui aliàs talis non esset censendus. Nauar. conf. 25. de Vsuris. Cum vero res ipsa plus est valitura tempore solutionis, & venditor illam est seruaturus vsq; ad illud tempus, eandem carius vendere potest, quam valeat pecunia præsenti. Nauar. conf. 25. de Vsuris, & conf. 7. de empt. & vendit.

Verba generalia (Quicquid boni feceris, & mali sustinueris) virtute clauium satisfaciunt pro culpis commissis. Megala instit. Confess. lib. 6. cap. 4. n. 3.

Verba lasciua, otiosa, & inhonesta proferre est veniale tantum, propter paruitatem materiæ. Limita si ex ludo, ex subreptione, vel ex leui motu proferantur, quia peccata verborum ex affectu maximè pensantur. D. Thomas 2. 2. quæst. 76. art. 3. Si vero ex horum prolatione scandalum subsequatur, vel ea intentione proferantur, vt quis ad mortale inducatur, tunc erit mortale. Nauar. in Man. cap. 14.

14.num.28.vsq; ad 43.& cap. 23. num. 123. Siluester, Contumelia quæst.2. Comitolus responsf. moral. lib.4.quæst.43.& lib.1.quæst.34.& lib.5.quæst.11. num.10.Grassius decis.aure. par.1.lib.2.cap. 75. n. 8.9.10.& cap.137.num.9.Emman. Sà Aphor. Confess. Verba. D. Thomas 2. sentent. dist. 40. & 4. sent.dist.9.Bonacina de matrimon.quæst. 4. puncto 9.num.18.& de contract.disp.2.quæst.5.puncto 1.

Verisimilia quæ non sunt, nullo pacto sunt credenda. cap. Quia verisimile, de Præsumptionibus.

Veritas an fortior sit vino, Rege, & Muliere. D. Thomas, quolib.12.quæst.14.art.20.

Veste religiosa vtens ex leuitate, non peccat; si autem ex ludibrio personatus incedendo, peccat. Rodriquez quæst.regul.tom.2.quæst.76. art.7.

Vexationem redimere potest quilibet, saltem post acquisitam possessionem pacificam. cap. Dilectus 1. de Simonia.

Vicarij generalis electio, & potestas. Menochius cons. 1245.

Vicarius generalis Episcopi habet iurisdictionem ordinariam à iure, quamuis nominationem, & institutionem obtineat ab Ordinario; & ideo potest dispensationem irregularitatis, & alia alteri delegare. Sanchez de matrim. tom.1.lib.3. disp. 29. Concil.Trid.sess.4.cap.7. de Reformat. & sess. 24. cap.6.Sayrus de Censuris lib.7.cap.7.num.23.Riccius collect.1600.Nauar.cons.75. num. 62. de Regular. cap. Non palam, de consuetud.in 6.

Vicarius Episcopi potest esse Monachus, & Canonicus Regularis, cum licentia tamen sui Abbatis. Id verò vetitum est alijs Regularibus Mendicantibus. Riccius prax. aureæ resolut.351.

Vicarium

Vicarium generalem percutiens, si Clericus sit, vel insultans, qua pœna sit puniendus. Nauar. conf. 37. & 38. de sent. excom. Religiosus subditus, & Prælatus quæst. 1. cap. 28. §. 7. Riccius prax. aureæ resolut. 132.

Vicarij capitularis electio cum pluribus votis facta annullatur, eò quod non sit Doctor; facta vero in personam Doctoris cum minoribus votis, approbatur. Sacra Episcoporum Congregatio 15. Februarij 1597. Episcopo Biseliæ.

Vicarius capituli sede vacante an facultatem habeat extrahendi delinquentes ab Ecclesijs, iuxta Bullam Gregorij XIV. Marius Italia, de Immunit. Ecclesiast. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 37.

Vicarius Episcopi an primam Sedem in Choro habere debeat supra Canonicos. Marius Italia de Immunit. Ecclesiast. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 7.

A Vicario facta censentur facta ab Episcopo, Nauar. conf. 75. num. 62. de Regular.

Videntes ministros magnatum surripientes vinum, panem, vel alia &c. peccant non vtentes correctione fraterna, vel non obuiantes peccatis committendis, vel non impedientes damnum proximi; non tamen tenentur ad restitutionem, nisi ex officio teneantur ad illa custodienda. Nauar. conf. 4. de Furtis.

Viduis, & Orfanis dari possunt quinq; pro centum ab eis acceptis, per contractum societatis, capitali assecurato pro pretio iusto, & assignato lucro certo pro incerto. Nauar. in Man. cap. 17. n. 252. & conf. 9. de Vsuris.

Vindictam faciam; Verba hæc duobus modis intelligi possunt, scilicet via iuris, aut via facti. Menochius

nochius conf. 1206. num. 56.

Virginem deflorans ad quid teneatur in vtroq; foro. Nauar. in Man. cap. 16. num. 16. 17. 18. 19. Vide hunc librum, Verbo sponsalia.

Virgo præsumitur, quam peritæ mulieres, & obstetrices attestãtur talem esse, post inspectionem, & tactum eiusdem mulieris; Menochius conf. 1255. num. 16.

Virginem cognoscens cum promissione illam ducendi in vxorem, tenetur ducere. Nauar. in Man. cap. 16. num. 16. 17. 18. 19. Beia respons. cas. Bononiæ par. 1. casu 18. Nauar. conf. 1, de sponsal. Vide sponsalia.

Viridaria, & horti annexi cœnobijs Regularium, comprehenduntur in Bulla Pij V. clausuræ Regularis; ita vt mulieres in illa ingredi non possint, quin excommunicationem contrahant. Sacra Episcoporum Congregatio 13. Septembris 1583. Vicario Laudæ. Hieronymus à Sorbo in Compend. priuileg. mendic. Verbo Clausura, Conuentus, siue Monasteria in annotat. Capuccini. Nauar. conf. 66. de Regular.

Visus auditus, & verba non sunt à natura ad coitum ordinata, ideo ex se non sunt peccata, nisi adsit mala intentio, vel probabile periculum incidendi in aliquam luxuriam, vel nisi partes visæ sint pudendæ. Azorius instit. moral. par. 2. lib. 12. cap. 18. in fine. Emm. Sà Aphor. Confess. Verbo ornatus.

Vitam sibi abbreuiare, & sensim mortem inducere ieiunijs, vigilijs, & alijs afflictationibus corporis, non licet. Homobonus cas. reseruat. par. 2. cap. 3.

Vltramontani prima tonsura minoribus, aut ma-
ioribus

ioribus ordinibus ab Episcopis Italis insigniti, absq; dimissorialibus suorum Ordinariorum, subscriptis à Nuntijs Sanctę Sedis in ijs regionibus existētibus, eo ipso sunt perpetuo suspensi, & promouentes suspenduntur ab exercitio Pontificalium per annum. Ex Constit. Vrbani VIII. 11. Decembris 1624. Nauar. de temp. ordinat. cons. 32.

Vocandi sunt omnes habentes interesse, vt sententia ferenda eis non noceat. l. 2. ff. de re iudic.

Vocis actiuæ, & passiuæ priuatio non incurritur ipso facto in foro conscientiæ, sed post latam sententiam, & condemnationem. Rodriquez quæst. regul. tom. 2. quæst. 56. art. 1.

Vocem habere possūt in capitulo Regulares Sacris nō initiati, ex sententia Congregat. Concilij 10. Ianuarij 1573. Nec obstat Concil. Trident. sess. 22. cap. 4. de Reformat. Passarellus in summario Concil. Trident. can. 13.

Voti materiam tractantes. Azorius institut. moral. par. 1. lib. 6. cap. 1. & lib. 11. cap. 12. Siluester, votum. Nauar. cons. 13. & 17. de Regular. & cons. 10. de sponsalibus. cap. 1. & cap. Non est, de Voto, & cap. Scripturæ eod. tit. & cap. licet, de Regular. cap. cum ad Monasterium de statu Monachorum. Summistæ, Verbo Votum. Emman. Sà Aphor. Confes. Votum.

Voti castitatis solennitas, sicut iure humano fuit introducta, ita per Papam tolli potest; solennitas autem in eo consistit, vt tria vota substantialia contineat, quod fiat in Religione approbata, & in illius manibus, qui Religioni incorporare possit. Nauar. cons. 23. de Regular. & de reditibus Ecclesiasticis, quæst. 3. num. 12.

Vota dispensat Papa, quia in votis, & iuramentis semper intelligitur excepta, & reseruata auctoritas Papæ, & potestas. Vel quia fiunt voluntate humana, quæ pontificiæ subijcitur potestati. Vel dispensat auctoritate diuina, qua Vicarius est Christi, non humana. Vel quia materia est variabilis, vel simpliciter mala, vel inutilis vouentibus, & iurantibus. Vel tandem, quia est impeditiua maioris boni. D. Thomas 2.2. quæst. 88. art. 10. & 12.

Votum, quod ab initio est nullum, vel inualidum ob aliquem metum, nō conualescit tractu temporis coram Deo, nec præsumptiue coram hominibus. cap. Non firmatur, de Regul. Iuris in 6. & cap. 1. de His, quæ vi metusue causa fiunt.

Votum de non nubendo, non est votum simplex castitatis, ideo per Episcopum dispensari potest. Nauar. in Man. cap. 12. n. 76. & cap. 22. n. 85. Emm. Sà Aphor. Confes. Votum 11.

Vota omnia, quæ potest Episcopus commutare, & dispensare, possunt etiam Regulares, virtute suorum priuilegiorum, quæ in hoc nec reducta, nec annullata fuerunt. Nauar. in Man. cap. 12. num. 75. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 16. n. 2. 3. 4. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 63. Religiosus subditus, & Prælatus quæst. 1. de Obedientia cap. 21. §. 1.

Vota quoq; pœnalia Regulares possunt dispensare; vt si tali die non ieiunauero, seruabo castitatem perpetuam: quia castitatis votum, tunc summo Pontifici dicitur reseruatum, quando fit voluntarie, & ex deuotione, non autem quando fit in pœnam. Rodriquez quæst. regul. tom. 1. quæst. 63. art. 7. Sanchez in Decal. par. 1. lib. 4. cap. 40. n. 87. & cap. 52. num.

52. num. 10. Azorius institut. moral. par. 1. lib. 11. cap. 10. quæst. 3. & cap. 19. quæst. 13. & 15. Vualdus in Candelab. aureo de Voto impediente matrim.

Vota perpetua per solum Papam dispensantur. D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 12. Limita de votis habentibus obligationem nullo tempore interruptam, prout sunt vota Religionis, continentię, & curę pastoralis. Limita secundo, de votis maioribus, non autem de minoribus. Emmanuel Sà Aphor. Confes. Votum 11. & 15.

Votum de intrando in Religionem strictam dispensari potest per Pręlatos regulares ex iusta, & rationabili causa, vt taliter vouens ingrediatur Religionem laxiorem, & ita satisfaciat obligationi. Rodriquez quæst. regular. tom. 1. quæst. 25. art. 6.

Vota commutare possunt Regulares extra Confessionem Sacramentalem. Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 16. & in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 54. num. 15. 16.

Vota à communitate Ciuitatis, vel oppidi ob bonum publicum facta, non ligant Regulares ibidem existentes. Vide hunc librum, Verbo ieiunium. Oppositum innuit Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 15. num. 21.

Votum de non petenda dispensatione nisi à Papa, non est reseruatum Papæ, sed Episcopus dispensare potest. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 40. num. 79.

Vota Iubilæi tempore oblita, vel non commutata, commutari possunt lapso Iubilæi tempore. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 54. num. 31. vsq; ad 42.

Votum an sit reseruatum, in dubio est iudicandum in partem benigniorem, quod scilicet non sit reseruatum. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 40. num. 80.

Vota Papæ reseruata commutantes excommunicantur. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 40. num. 16.

Votũ habens ieiunandi tali die, quo incidit festũ Annunciationis Beatę Virginis, si aliquando huiusmodi festum incidat die dominico, ieiunare poterit pręcedenti die Sabbati, vt se conformet Ecclesię instituto non ieiunandi die dominico. Limita nisi dies sabbati habeat annexam Ecclesiæ ieiunandi obligationem; & quilibet Sabbato, vt dictum est, non impedito, poterit ex se auctoritate propria, absq; Confessarij consensu, diem dominicum immutare in diem Sabbati præcedentem. Sanchez in Decalog. par. 1. lib. 2. cap. 37. num. 17. & 18.

Vouens Religionem in genere, vel in specie ad quid teneatur. Nauar. cons. 2. de Voto.

Votum simplex castitatis, post sponsalia contracta emissum, illa dirimit, & dissoluit. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 1. disp. 46. & tom. 2. lib. 17. disp. 11. Azorius instit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 21. quęst. 10. Lessius de Iust. & Iure lib. 2. cap. 41. disp. 6. num. 54. Bonacina de matrim. quæst. 1. puncto 5. propos. 2.

Vouendi leuitas, & perturbatio animi dant caussam dispensandi. Nauar. cons. 1. de Voto, & voti &c.

Votum, seu iuramentum de non ludendo dispensari non potest ea ratione, quod vouens dicat; Non possum abstinere à ludo, patior vehemens ludendi desiderium, & magnam tentationem: sed requiri-

tur

tur alia iusta,& rationabilis causa, quia Pius V. noluit hac occasione cum viro nobili dispensare. Nauar.in Man.cap.12.num.11.& cons.16.de voto, & voti redempt.Sanchez in Decalog.par.1.lib.3. cap. 18.19.num.4.& lib.4.cap.45.num. 26. vsq; ad 47. Naldus in summa, Verbo ludus num. 12.

Vouens certam Religionem, si à Generali non recipiatur, non satisfacit Voto: si vero repudietur à maiori parte Prælatorum suæ Prouinciæ, iudicatur absolutus ex æquitate. Nauar.cons.2.de Voto, & voti redempt.

Vota consultorum Sancti Officij consultiua sunt, & non decisiua. Limita si Inquisitores sint iurisperiti; si enim Theologi tantum sint, à communi voto recedere non debent. Farin. quæst. 185.n.192.

Vsura qualiter in notario puniatur. Grilenzonius cons. 8.

Vsura committitur in contractu mutui tantum. Nauar.cons.5. 6.& 11.de vsuris.

Vsurarius non perdit potestatem contrahendi, & testandi, nisi sit manifestus. Manifestus vero non perdit &c. si dederit cautionem ad id requisitam. cap. quanquam, de vsuris in 6.Nauar.cons.10. de Vsuris.

Vsus communis loquendi præfertur propriæ verborum significationi in quacunq; materia. Siluester, legatum 1. quæst. 5.

Vtilitas magna æquiparatur necessitati. Menochius cons. 1208.num.6.

Vtilitas publica præferenda est priuatæ. cap. licet, de regular. cap.3. de postulat. prælat.

Vulnerati assertio dicentis, à tali se fuisse vulneratum, si conualuerit, alijs concurrentibus indicijs

sufficiet ad informationes assumendas, non autem ad citandum prætensum Reum; si vero moriatur, & in tali dicto perseueret, de consuetudine facit indicium ad inquirendum specialiter, & ad capturam, non autem ad torturam. Clarus §. fin. q. 21.

Vxor non est marito restituenda, si constet, maritum graui odio illam prosequi. Menochius cons. 1255. num. 16. Nauar. cons. 38. de Regular.

Vxores plures ducens incidit in pœnam stupri. Bossius tit. de coitu damnato, & punibili num. 78. Riccius prax. aureæ resolut. 373. Grilenzonius cons. 137. Limita, si aliquam ducat vxorem priore viuẽte, hoc spectat ad Sanctum Officium, & ex Decreto Vrbis, confessi, vel conuicti, præmissa tortura in forma, abiurant de vehementi coram Congregatione, & ad Remum transmittuntur per quinquennium, vel per septennium, pœnitentijs salutaribus iniunctis Inquisitorum arbitrio. Nauar. cons. 1. de hæret. Pegna comm. 81. 2. par.

Vxor etiam cum licentia mariti non potest Religionem ingredi, & profiteri, quando maritus in sæculo remanens iuuenis est, & timetur incontinentia, etiamsi in sæculo voueat castitatem. Sanchez de matrim. tom. 2. lib. 7. disp. 32. & 33. Secus vero si alter eorum adulterium publicè exercuisset. Nauar. cons. 8. de Regular. & cons. 1. 2. 3. de Diuortijs, & cons. 1. 3. 4. 5. 6. de conuersione coniugatorum.

Vxor iustè timens occidi à marito, non tenetur eum sequi extra patriam. Nauar. cons. 2. de Diuortijs.

Vxor adultera, mariti adulteri professionem reuocare semper potest. Nauar. cons. 3. de Diuortijs.

Vxor mariti mortem non probat per vnum te-

ftem de fama mortis, & per alium deponentem, quod ægrotabat. Nauar.conf.1.de fecund.nuptijs. cap.In præfentia, de fponfalibus.

In vxorem talem mulierem ducere qui iurauit, fi vult Religionem ingredi, debet primo contrahere, vt iuramentum feruetur, & ante copulam carnalem Monafterium ingredi poterit. cap. commiffum, de fponfalibus. Moneri tamen potius debet, quam compelli, vt contrahat. cap.Requifiuit, tit.eodem. Oppofitum tamen colligitur ex cap. ex litteris, tit. eodem.

Vxoratus incipiens cum vxore actum fodomiticum, citra animum illum perficiendi, prout nec perficit, fed feminat in vafe legitimo, peccat peccato tactus illiciti tantum. Nauar.conf.7. de pœnit. & remiff.

F I N I S.

INDEX.

Aduerte, prudens Lector, in folio Q non fuisse appositos numeros, qui iuxta paginarum seriem apponendi erant, sed Typographi incuria repetitos esse numeros folij P. Quod quidem ne confusionem, aut obscuritatem aliquam afferret huic Indici, bis indicantur numeri à 225. vsq; ad 240. distincti penes literas P. & Q.

A.

Cal-

Damo-

Nego-

Pro-

INDEX.

Sterco-

FINIS.

ERRATORVM CORRECTIO.

QVàmuis omni ſolicitudine curatum ſit, vt hoc opus mendis omninò purgatum euulgaretur, attamen fieri non potuit, quin aliquæ obrepſerint. Leuiores corriget iudicium prudentis Lectoris. Grauiores, quæ ſcilicet ſenſum obſcurare, ſuſpendere, aut alterare quoquo modo valent, corriges, vt infra. Porrò in Auctoribus citandis, ſi locum aliquem minus fideliter indicatum repereris; id Librarij potius, & Typographi incuriæ, quam auctoris, aut Correctoris negligentiæ aſcribas.

Pag. 10. lin. 12. Leonardus Odoardus lege. Leonardus Duardus.
Pag. 20. lin. 6. & alibi. Remigius Lonneus. leg. Remigius Gonneus.
Pag. 22. lin. 26 quantulaſcumque. leg. quantulacumque.
Pag. 24. lin. 9. In ſpeaie. leg. in ſpecie.
Pag. 35. lin. 21. ſoluentes. leg. ſoluentis.
Pag. 40. lin 1. illas. leg. illam.
Pag. 46 lin. 8 moſchitas. leg. mezchitas.
Pag. 47. lin. 12. inpoſirio. leg. impoſitio.
Pag. 69 lin. 6. repliari. leg. replicari.
Pag. 70. lin. 31. & valida proceſſum. leg. & validat proceſſum.
Pag. 71. lin. 29. declarationes. leg. declaratione.
Pag. 97. à linea 20. vſq; ad finem literæ D. dele omnia, ſiquidem illa duo §. habentur pag. 82. & hic Typographi temeritate iterum poſita fuere.
Pag. 159 lin. 13. ly art. 8. diſp. 1. §. 5. referendum eſt ad citationem Cabreræ, non Syluestri.
Pag. 219 lin. 22. vel partem. leg. vel pars.
Pag. 220 lin. 3. ſi quis plura quis. leg. ſi plura quis.
Pag. 288. lin. 28. à pijs Deo. leg. pijs à Deo.
Pag. 300. lin. 22. eorum. leg. earum.